PA 3550
.M82
Copy 1

DE

PEDIBUS SOLUTIS

IN DIALOGORUM SENARIIS

AESCHYLI, SOPHOCLIS, EURIPIDIS.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

AUCTORITATE ATQUE CONSENSU

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES CAPESSENDOS

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

SCRIPSIT

[Carl Friedrich Theodor]
CAROLUS FRIDERICUS MÜLLER,
VERDENSIS.

GOTTINGAE
EX OFFICINA ACADEMICA E. A. HUTH.
MDCCCLXVI.

PA 3550
.M82

De dactylorum usu in senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis.

Caput primum.

De dactylis, qui in Aeschyli dialogorum senariis leguntur.

§. 1.

Constat, rarissime tantum poetas tragicos adhibuisse in dialogis versus ex meris iambis compositos, in primo, tertio, quinto trimetri loco plerumque admisisse spondeos, ut inter centenos versus terni fere reperiantur, in quibus sex sese excipiant puri iambi [1]). Cujus rei recte, nisi fallor, indicat causam Mar. Victorin. (2526) „quod amplior inde fiat versus et par tragicae dignitati"; — quid, quod Terent. Maurus [2]) aliique grammatici usque eo progressi sunt, ut qui istiusmodi legerentur apud tragicos versus, acerbissime eos vituperarent [3]). — Illis potissimum in sedibus trimetri spondeum non modo non habere, in quo

---

[1]) cfr. Schol. ad Hephaest. VI, 14 (Gaisf.).

[2]) Terent. de metris v. 2228 (Gaisf.; 2433 Putsch.):
„Culpatur autem versus in tragoediis
Et rarus intrat ex iambis omnibus."

[3]) cfr. etiam Atil. Fortunat. 2694.

offendamus, verum etiam usitatissimum fuisse, non mirabitur, qui consideraverit, propter arsin in cujusque dipodiae initio altius atque majore quadam vi efferendam in thesi antecedente remitti quodam modo vocem et quiescere, quo queat magis intendi. Qua retardatione fit, ut thesis in his locis („*κατὰ τὰς περιττὰς χώρας*") produci atque longa exprimi syllaba possit, iambico non sublato rhythmo, quum tempus sit irrationale, — quem Graeci nominant *χρόνον ἄλογον,* — non duas moras, sed unam tantum et dimidiam continens [1]. Spondeum tali modo ortum veteres rhythmici dicunt „*πόδα ὄρθιον*" [2]. — Quae quum ita sint, mirum videri nequit, interdum hujus spondei arsin solvi in trimetris: unde dactylus oritur, quem nunc solemus *κύκλιον* vocare [3], veteres „*χορεῖον ἄλογον ἰαμβοειδῆ*" appellavere [4]. —

Apparet igitur in tragoediae trimetri locis imparibus, qui dicuntur, ferri posse dactylum; sed ne iis quidem omnibus pari modo usitatus est. In tertia enim sede saepissime invenitur, quippe cum qua conjungi soleat *πενθημιμερής,* in prima rarius, in quinta nullo loco, quum ne in fine versus numerus iambicus dissolveretur atque perverteretur maxime poetae videantur cavisse.

His brevissime indicatis, jam quot qualesque dactylos admiserint in senariis dialogorum triumviri illi tragoediae principes videamus. —

---

1) V. Rossbach et Westphal., Metr., III, pg. 140 et 187.

2) cfr. Bacchium, introd. art. mus. p. 25.

3) v. Rossb. et Westph., l. l. III, pg. 10, ann. 8.

4) Aristid. Quint. p. 39 „*εἰσὶ δὲ καὶ ἄλογοι χορεῖοι β'.ἰαμβοειδής, ὅς συνέστηκεν ἐκ μακρᾶς ἄρσεως καὶ δύο θέσεων· καὶ τὸν μὲν ῥυθμὸν ἔοικεν δακτύλῳ· τὰ δὲ τῆς λέξεως μέρη κατὰ τὸν ἀριθμὸν ἰάμβῳ*" (v. de h. l. perplexo Jul. Caes. in „Zeitschr. für Alterth." 1841, No. 5). Cfr. Marc. Capella, p. 197. — Aristox. rhythm. 293 sqq. — Boeckh, de metr. Pind. 41. —

§. 2.

De dactylis in prima senarii sede admissis ab Aeschylo.

Aeschylum quum, qua erat diligentia in metris summa arte tractandis, in prima senarii sede in universum esse vitandum dactylum, quia versus imprimis initium numerose procedere maxime oporteret, haudquaquam fugisset, quod rarissime tantum hanc sibi licentiam sumsit mirandum nobis non accidit. Plerisque, quibus leguntur dactyli, locis efficiuntur nominum syllabis propriorum, quae alio modo versui vix potuerunt inseri.

1. Integro vocabulo conformatum invenimus dactylum tribus locis, quorum duobus nomina eum efficiunt propria. Legitur Choeph. 986 „*Ἥλιος ἄναγνα*“; frgm. 134, 1 „*Ἀντίλοχ', ἀποίμωξον* . . .“; denique Agam. 7 „*ἀστέρας, ὅταν φθίνωσιν, ἀντολάς τε τῶν*“, quem versum nescio an suo jure obelo notaverit Valckenaerius [1]). —

2. Quatuor locis tres priores nominis proprii syllabae conformant dactylum: Prom. 730 („*Κιμμέρικόν* . . .“), Sept. 450 („*Ἀρτεμίδος* . . .“), frgm. 29, 1 („*Εὔβοϊδα* . . .), 293, 2 („*Αἰθιοπίδος* . . .“). Cfr. Enger. in Mus. Rhen. XI, p. 446.

3. Dactylum duobus formatum vocabulis, in universum ab Aeschylo vitatum, admissum tamen legimus nonnullis locis, ea semper valente regula, ut arctissime monosyllabum cohaereat cum vocabulo, quod sequitur. Sic Sept. 653 „*ὦ θεομανές* . . .; frgm. 250, 2 „*ὦ θάνατε* . . .“, et in nomine proprio Agam. 1312 „*οὐ Σύριον ἀγλάϊσμα* . . .“

Praeterea ex vocabulo monosyllabo et bisyllabo dactylus legitur compositus Choeph. 216 „*καὶ τίνα σύνοισθα* . . .,“

---

[1]) Valcken. ad Eur. Phoen. 506: „adscripserat quis ad hunc versum (Aesch. Agam. 6) „*ἀστέρας*“; hinc orsus, ut suspicor, ineptum nescio quis nobis senarium tornavit.“ —

et frgm. 383, 1 „ἦ βαρὺ φόρημ' ἄνθρωπος εὐτυχῶν ἄφρων“, quem quidem versum, citatum a Stobaeo utpote ab Aeschylo profectum [1]), nescio quo jure damnaverit Hermannus. In solutione enim non haerendum esse apparet ex Choeph. versu, prorsus eadem comparato ratione. —

4. Id vero pro certo contra Blomfieldium contendere ausim, frgm. 124, 1, quem versum ut Aeschyleum in Bekkeri anecdd. pg. 353, 11 ἀμέτρως scriptum legimus „χάλκον ἀθέριτον ἀσπίδος ὑπερτενῆ“, ejus conjectura „χάλκον ἀθέριστον“ tantum abesse ut certam acceperit medelam, ut depravatior etiam evaserit. Quis enim apud Aeschylum perferat talem solutionem numero eleganti et artificioso adversantem quam maxime et repugnantem? —

De frgm. 452, 12 „πάντα δύναται γάρ“ accuratius dicere supersedeo; neque enim ab Aeschylo profectum est (cfr. Nauck., tragg. Graec. frgm. p. 100).

§. 3.

De dactylis in tertia senarii sede adhibitis.

Ut pauca tantum dactylorum in primo trimetri loco admissorum praesto sunt exempla, ita plurima suppeditant Aeschyli fabulae in tertia sede adhibitorum. Cur in hoc loco minus offensionis habere videatur pes solutus, supra jam indicavimus (§. 1). — Ceterum ne eae quidem solutiones sine summa diligentia tractatae ab Aeschylo, qui ubique conjungat cum iis caesuram πενθημιμερῆ. Qua re fit, ut nusquam legantur in trimetris Aeschyleis dactyli in tertia sede conformati integro vocabulo vel tribus prioribus verbi syllabis quales plus semel Euripides majore negligentia usus videtur admisisse. —

1. Liceat igitur primo loco tractari dactylos [2]) inter

---

[1]) Stob. floril. IV, 16.

[2]) h. l. et in iis, quae sequuntur, ubi de dactylis dico, velim intelligantur „χορεῖοι ἄλογοι ἰαμβοειδεῖς“. Itaque dactyli thesis significat ejus syllabam longam, arsis soluta breves.

omnes solutiones adhibitos longe saepissime, ita dico formatos, ut thesis expressa sit vocabuli fine, arsis prioribus duabus syllabis ejus, quod sequitur. Exemplorum suppeditant largam copiam quotquot superstites habentur fabulae Aeschyleae. Sic Prom. 54 „*καὶ δὴ πρόχειρα ψάλια δέρκεσθαι πάρα*“, 210 „. . . *πολλῶν ὀνομάτων* . . .“ [1]), 239 „*οἴκτῳ προθέμενος* . . .“, 371 „*ἁπλάτου βέλεσι* . . .“, 464 „*μεγίστων διάδοχοι* . . .“, 487 „*αὐτοῖς· ἐνοδίους* . . .“, 709 „*ἀφίξει νομάδας* . . .“, 717 „*ὑβριστὴν ποταμόν* . . .“, 729 „*αὐταῖς στενοπτόροις* . . .“, 762 „*αὑτοῦ κενοφρόνων* . . .“, 788 „*Ἰοῖ πολύδονον* . . .“, 847 „*αὐτῷ στόματι*. . . .“, 869 „*Ἄργος βασιλικόν* . . .“. — In Sept. deinde 23 leguntur ejus solutionis exempla, v. 3, 23, 59, 60, 198, 218, 230, 231, 273, 392, 551, 588, 611, 681, 697, 703, 710, 806, 810, 816, 820, 1009, 1010 (namque v. 278 „*στέψω πρὸ ναῶν, πολεμίων ἐσθήματα*“ manifesto ab interpolatore esse additum ne Wellauerus quidem infitiatur). — Duodecim praebent Persae: v. 203, 204, 351, 360, 380, 388, 396, 397, 487, 494, 816, 835. Praeterea v. 693 videtur addendus ad hunc numerum, quo loco legitur „*Πέρσαις νεοχμόν*“, nisi per synizesin syllabas *νεοχ* — pronuntiandas esse *μονοσυλλάβως* censeas. Neque mihi quidem dubium videtur, quin egregie emendaverit Porsonus Suppl. 316 „*Λιβύη μεγίστης ὄνομα γῆς καρπουμένη*“ [2]). Cfr. Herm. ad h. l. V. 225 satis quidem elegans atque ingeniosa est Hermanni conjectura „*ἐχθρῶς ὅμαιμον καταμιαινόντων γένος*“ (Bothius scripserat „*ἐχθρῶν ὅμαιμον καταμιαινόντων γένος*), nec tamen quae prorsus necessaria videatur, quum Medicei lectionem „*ἐχθρῶν ὁμαίμων καὶ μιαινόντων γένος*“ bonum fundere sensum appareat. Denique afferendus est v. 950, quem *ἀμέτρως* exhibet Med. „*ἴσθι μὲν τάδ᾽ ἤδη πόλεμον* . . .“.

---

[1]) quem versum proscriptum a Schuetzio defendit Bothius rectam, opinor, addens explicationem.

[2]) Med. „*μέγιστον γῆς*“ omisso vocabulo, quod Turnebus supplevit addito pronomine „*τῆσδε*“, sensum non curans.

Conjecturas ad sanandum hunc locum ab hominibus doctis prolatas omnes enumerare quum longum sit (relego ad Wellaueri annot. crit. ad h. v.), sufficit, opinor, quas Porsonus et G. Hermannus proposuerint emendationes retulisse. Quarum utra praestet equidem discernere non ausim, quum quo arrideat utraque pari praebeat modo. Porsonus scribendum censuit „ἢ ᾽σται τάδ᾽, ἢ δεῖ πόλεμον αἵρεσθαι νέον“ [1]), quod placuit etiam Elmsleyo (ad Eur. Heracl. 505); Hermannus „εἴ σοι τόδ᾽ ἡδύ, πόλεμον αἵρεσθαι νέον“, lacunam statuens post hunc versum. Neutram vero conjecturam causis ex metro petitis refelli posse nemo non videt. — 15 exempla pedum illo modo solutorum legimus in Agam.: v. 15, 270, 313, 521, 529, 588, 608, 659, 1179, 1264, 1271, 1390, 1392; quibus addantur v. 897 et 898, quos cur uncis incluserit Dindorfius assequi nequeo. — Decem deinde in Choeph.: v. 124, 209, 575, 576, 657, 697, 739, 769, 880, 912; sex in Eumen.: v. 287, 457, 474, 583, 727, 864. — His addendus videtur v. 577, quem a Wieselero (in Philol. VII, 137) felicissime esse emendatum putaverim „ἱκέτης ὅδ᾽ ἀνὴρ καταδραμὼν ἐφέστιος“ (vulgo „καὶ δόμων“, molesta repetitione verbi, quod in fine v. 576 antecedit). — Quibus accedunt septemdecim exempla ex fragmentorum versibus desumta: fragm. 5, 1; 20, 1; 85, 1; 167, 2; 175, 1; 179, 2; 193, 7; 246, 1; 247, 1; 259, 4; 261, 2; 293, 5; 297, 1; 340, 3; 343, 1; 355, 1; 392, 1. —

Praeterea prioribus duabus nominum propriorum syllabis nonnullis Aeschyli locis conformatur arsis soluta dactyli, quos separandos a ceteris duximus. Sic Prom. 18 „Θέμιδος“, 369 „Σικελίας“; Sept. 528 „Διογενοῦς“; Agam. 537 „Πριαμίδαι“, 617 „Μενέλεων“, 1600 „Πελοπίδαις“; frgm. 167, 3 „Ποτνιάδων“. — Denique Prom. 735 et Pers. 249 legitur „Ἀσιάδος“ correpta syllaba prima; quod quum fieri non posse censerent Elmsl. et Blomf. restituerunt formas „Ἀσίδος“, „Ἀσίδα“, quem ad modum Pers. 763 scri-

---

[1]) cfr. Blomfield. in „Edinburgh review“ XXX, p. 320.

ptum invenitur in Med. „Ἀσίδος“. Cfr. Burney et Blomf. ad Pers. 270. —

2. A solutione modo tractata haud multum distat ea dactyli forma, ut thesis expressa sit vocabulo monosyllabo, quippe quod apud Aeschylum ubique arctissime cohaereat cum antecedente. Sic Prom. 1009 „δακὼν δὲ στόμιον ...“, 1027 „θεῶν τις διάδοχος ...“; Sept. 379 „οὐ γὰρ σφάγια ...“, 1047 „τοῦδ᾽ οὐ διατετίμηται“ (quo loco apostropho arcte conjuncta sunt τοῦδε et οὐ); Pers. 382 „πάννυχοι δὴ διάπλοον ...“, 433 „κακῶν δὴ πέλαγος ...“; Suppl. 302 „πρὸς ταῦτ᾽ ἄλοχος ...“, 319 „πάνσοφόν νυν ὄνομα ...“, 439 „ἢ τοῖς πόλεμον ...“; Agam. 341 „μή τις πρότερον ...“, 935 „δοκεῖ σοι Πρίαμος ...“; Choeph. 978 „ξυνώμοσαν μὲν θάνατον ...“; deinde frgm. 156, 1 „θεῶν γὰρ θάνατος ...“, 231, 1 „ξένῳ γε στέφανον ...“. Contra quod legitur frgm. 221, 1 „... δὴ χρὴ θεοφόρων ...“, abhorrens ab observatione nostra, excusatur licentia dramatis satyrici. Σίσυφον enim δραπέτην, cujus ille versus fragmentum est, fabulam habendam esse satyricam, jam Nauckio visum (tragicorum Graec. frgm. pg. 57). Cfr. ejus argumentum apud Pherecyd. in Schol. Hom. Il. Z, 153. —

Praeterea hanc intulit dactyli formam Brunckius in Prom. 766 proponens „οὐ γὰρ θεμιτὸν αὐδᾶσθαι τάδε“ (Med. „οὐ γὰρ ῥητόν ...“), ut evitaretur pleonasmus in verborum conjunctione „ῥητὸν αὐδᾶσθαι.“ Cfr. autem Herm. ad Orph. Argon. 931, et Wellaueri comment. Aesch., p. 6. — Denique Eum. 567 „εἴτ᾽ οὖν διάτορος Τυρσηνική“, quo in versu vocabulum in libris excidisse apparet, si cum Dindorfio lacunam esse statuendam ante „εἴτ᾽ οὖν“ censeamus, eadem evadit solutionis forma, ab Aeschyli usu haudquaquam abhorrens. Illud pro certo dicere posse mihi videor, Hermanno non esse assentiendum, signa lacunae post vocem διάτορος ponenti, quum tribrachi hoc modo formati nusquam alibi inveniatur apud Aeschylum exemplum. Cfr. Enger. in Mus. Rhen. XI, pg. 447.

3. Haud ita multo secus, atque pedis tertii solutio

sub 1. accuratius tractata, videtur comparata ea forma, ut dactyli arsis soluta expressa sit vocabulo bisyllabo, utpote quod Aeschylus maxime studeat conjungere cum sequente.

Cujus solutionis Prom. et Agam. omnino vacant exemplis; Sept. duo praebet, v. 433 „*λαμπὰς διὰ χεροῖν* . . .“, 513 „*ἧσται, διὰ χερός* . . .“; Pers. tria: v. 330 „*παρόντων δ' ὀλίγ' ἀπαγγέλλω* . . .“, 682 „*γεραιοὶ, τίνα πόλις* . . .“, 793 „*ἔλεξας, τίνι τρόπῳ* . . .“; Suppl. sex: v. 193 „*ἔχουσαι διὰ χερῶν* . . .“, 214 „*Ἀπόλλω, φυγάδ' ἀπ' οὐρανοῦ* . . .“, 390 „*φεύγειν κατὰ νόμους* . . .“, 475 „*τειχέων διὰ μάχης* . . .“, 740 „*μαχοῦνται περὶ σέθεν* . . .“; denique 516 „*δαρὸν χρόνον ἐρημώσει* . . .“. Quod quidem exemplum quum minime conveniat cum observatione supra facta, nescio an jure Hermannus, qui pronomen quoque desideravit expressum, corruptum habuerit versum. Num conjecturae ab eo propositae „*δαρόν σ' ἐξερημώσει* . . .“ praeferenda sit emendatio Engeri (in Mus. Rhen. XI, pg. 449) „*σός σ' ἐρημώσει* . . .“, de ea re equidem judicium ferre non ausim. — In Choeph. duo leguntur ejus modi dactyli, v. 171 „*παλαιὰ παρὰ νεωτέρας* . . .“, 224 „*Ὀρέστην τάδε σ' ἐγώ* . . .“ [1]); Eum. suppeditat quinque: v. 8 „*Φοίβης δ' ὄνομ' ἔχει* . . .“, 64 „*προδώσω· διὰ τέλους* . . .“, 183 „*ἄλγους μέλαν ἀπ' ἀνθρώπων* . . .“, 229 „*ἔμπας παρὰ Διός* . . .“, 892 „*Ἀθάνα, τίνα με φής* . . .“. — Quod conjecit Wieselerus (in Philol. VII, 138), Eum. 802 pro „*δαιμόνων*“ scribendum esse „*διὰ νομῶν*“, ut omnino loci sententiae conveniat, vereor. — Denique duo restant: frgm. 297, 5 „*λεπάργου· δύο γάρ* . . .“ et 173, 3 „*αὐτῷ σκοπὸς ἀεί* . . .“, qui locus et ipse, quod dramatis est satyrici (cfr. frgm. 174, et Athen. I, pg. 17, C.), non adversatur iis, quae supra exposuimus. —

4. Duobus expressa est vocabulis monosyllabis dactyli

---

[1]) Med. „*τάδ' ἐγώ σε* . . .“, unde illam lectionem elicuerunt Arnaldus, Auratus, alii, a plerisque probatam editoribus; Herm. conj. „*γάρ σ' ἐγώ* . . .“, Engerus l. l. „*τἄρ' ἐγώ* . . .“.

arsis soluta Eum. 446 „*τῇμῇ τὸ σόν* ...“; quae quum arctissime cohaereant, non videntur esse offensioni. Idem cadit in frgm. 349, 1 „*σύ τοί με φυσᾷς, σύ με καταίθειν δοκεῖς*“, cujus quidem verba aperte corrupta vix quisquam poterit sanare. Hermanni et Heathii conjecturas affert Nauckius ad h. l.

5. Tribus locis ex vocabulo monosyllabo et bisyllabo compositus est dactylus apud Aeschylum: Pers. 181: „*ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκες* ...“; Suppl. 241 „.... *μὲν δὴ κατὰ νόμους* ...“; Choeph. 489 „*ἄνες μοι πατέρ' ἐποπτεῦσαι* ...“; quarum solutionum quae primo loco allata est, maxime pronuntiatione vocabuli „*δύο*“ minui atque sublevari videtur. —

6. Quatuor denique praebent Aeschyli tragoediae versus, quorum tertia in sede dactylus formatus est vocabuli fine, monosyllabo, atque priore ejus, quod sequitur, syllaba. Monosyllabum arctissimo cum ceteris conjunctum esse debere nexu, vix est, quod moneamus. Sept. 1029 „*ἀδελφὸν τὸν ἐμόν* ...“; Agam. 1584 „*Θυέστην τὸν ἐμόν* ...“; Eum. 232 „ *ἀρήξω τὸν ἱκέτην* ...“, 586 „*ἀμείβου πρὸς ἔπος* ...“ (qui quidem paullo liberiore, quam ceteri dactyli, compositus videtur). Cfr. Enger. l. l., pg. 450.

Caput alterum.

De dactylis in Sophoclis senariis adhibitis.

§. 4.

De dactylis in prima sede senarii collocatis.

1. Quae invenimus apud Aeschylum dactylorum, ut ita dicam, genera in prima trimetri sede admissa, eadem praebent Sophoclis fabulae, quamquam majore jam numero neque ubique eadem, qua ille uti solet, diligentia tractata. Integro formatos vocabulo quater adhibuit dactylos in ver-

sus initio Sophocles: Ai. 846 et frgm. 520, 1 „Ἥλιε . . .“; O. C. 1634 „μήποτε . . .“; Phil. 1392 „οὐδέποθ' ἑκόντα . . .“.

2. Quae apud Aeschylum in nominibus tantum propriis, quippe quae alio modo in versum inseri nequeant, admissa est solutio, ut vocis quadrisyllabae initio contineatur dactylus, eam Sophocles in appellativis adhibuit tribus Phil. locis, v. 999 „οὐδέποτε . . .“, 1003 „ξυλλάβετον . . .“, 1420 „ἀθάνατον . . .“. — Praeterea in nominibus propriis Ai. 575 „Εὐρύσακες . . .“; El. 326 „Χρυσόθεμιν . . .“; Phil. 425 „Ἀντίλοχος . . .“. — In O. C. 458 temere conjecit Dindorf. „προστάτισι ταῖς σεμναῖσι . . .“ pro vulgata scriptura „πρὸς ταῖσδε ταῖς σεμναῖσι . . .“ [1]). Etsi enim in Phil. fabula, quam liberius, quod attinet ad metrum, saepius jam vidimus esse scriptam, haudquaquam offendimus in solutione illa ter admissa, in ceteris tamen fabulis prorsus eam non esse tolerandam persuasum habemus. Accedit, quod ex mea sententia nihil habet lectio vulgo data, in quo haereamus. Si vero quis utique Sophoclea arte eam minime esse dignam contenderit, acquiescat in Hermanni conjectura levissima „σύν προστάταις σεμναῖσι . . .“, adhibens masculino illi defendendo Lobeckii annot. ad Ai. p. 273; Kruegeri gr. Gr. II, §. 22, 6. ann. 5 et §. 57, 1, ann. 3. —

3. Rarissime quos admittit dactylos Aeschylus in prima sede, ex duobus compositos vocabulis, diligentissimeque tractatos (v. §. 2, 3.), Sophocles non adeo parcus in iis reperitur adhibendis. Praeter ceteras fabulas rursum abundat exemplis Phil. — Semel legitur dactylus ita conformatus in Ai., v. 854 „ὦ θάνατε . . .“; semel in El., v. 433 „οὐδ' ὅσιον . . .“; bis in O. R., v. 270 „μήτ' ἄροτον . . .“, 1394 „ὦ Πόλυβε . . .“; semel in O. C., v. 1376 „νῦν τ' ἀνακαλοῦμαι . . .“; semel in Ant., v. 746 „ὦ μιαρόν . . .“, neque pluries in Trach., v. 318 „οὐδ' ὄνομα . . .“. Quinque vero suppeditat Phil. exempla, v. 602 „καὶ νέμεσις . . .“, 665 „ὃς πατέρα . . .“, 797 „ὦ θάνατε . . .“, 936 „ὦ λιμένες . . .“, 950

---

[1]) Laur. „πρὸς ταῖσι ταῖς . . .“; illud correxit Canterus.

„ἀλλ᾽ ἀπόδος ...“. Loco tamen nullo non arctissime cohaeret monosyllabum cum vocabulo, quod sequitur. — Denique frgm. 875, 3 legitur „καὶ πατέρα πάντων ...“, quod num omnino sit fragmentum Sophoclis nescio an suo jure dubitet Bernhardy (in hist. litt. Graec. II, pg. 797). —

4. In duorum Phil. versuum initio invenitur dactylus ex vocabulo monosyllabo et bisyllabo compositus, v. 251 „οὐδ᾽ ὄνομ᾽ ἄρ᾽ οὐδέ ...“ et 791 „ὦ ξένε Κεφαλλήν ...“; quo utroque in loco non magnopere esse haerendum, quia arctissime conjungenda sunt in versus initio vocabula, quis neget? — Itaque cur vituperet hac de causa Sophoclem Wunderus (l. l. p. 24.), non assequor. —

§. 5.

De dactylis in tertia sede senarii adhibitis.

1. Cujus dactyli formae nullum omnino in Aeschyli trimetris invenimus exemplum, ut incipiat dactylus in tertia sede collocatus vocabulum quadrisyllabum, eam his admisit Sophocles, nec tamen nisi in nominibus propriis, Ai. 340 „ἄμοι τάλαιν᾽· Εὐρύσακες ...“ et Phil. 241 „Ἀχιλλέως, Νεοπτόλεμος ...“. —

Nusquam vero in tertio senarii loco dactylum conformavit Sophocles vocabulo trisyllabo.

2. Frequentissime ut apud Aeschylum, legitur in tertia sede dactylus ultima vocabuli syllaba duabusque prioribus ejus, quod sequitur, conformatus. Sic Ai. 6 „ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχθ᾽, ὅπως ἴδῃς“, atque eodem modo v. 47, 85, 103, 324, 431, 461, 465, 501, 517, 562, 802, 808, 832, 837, 907, 1064, 1065, 1132, 1133, 1235. — Versum 968 huic numero non addendum censeo, utpote quem, pariter ac duos, qui antecedunt, quum quo loco vulgo legantur ferri non posse primus ostenderit Ern. de Leutsch (in Ephemeridd. Gotting. 1855, pg. 166.), omnino esse habendos pro spuriis demonstret Dindorf. ad h. l. — Deinde El. 281,

393, 535, 568, 708, 737, 819, 1231, 1375; praeterea v. 45, 1111, 1423, quibus locis leguntur nomina propria. — O. R. 257, 560, 612, 636, 641, 687, 754, 825, 938, 955, 959, 967, 1039, 1254, 1276, 1278, 1284, 1285, 1289, 1451, atque bis in nominibus propriis, v. 941 et 972. — Tum O. C. 67, 283, 294, 398, 428, 667, 948, 963, 993, 1003, 1251, 1254, 1312, 1325, 1356, 1406, 1514. Nomen proprium, cujus priores syllabae conformant arsin dactyli solutam, legitur v. 947 („*Ἄρεος*"). Neque dubium, quin Canterus rectissime emendaverit v. 475 „*νεαλοῦς νεοπόκῳ* ..." pro Laur. scriptura „*οἰνεοπόκωι*" (supra scriptum „*οἰοπόκωι*"), quod metri causa intolerabile esse apparet. — V. 1584 „*κεῖνον τὸν ἀεὶ βίοτον ἐξεπίστασο*" absurdum esse nemo non intelligit; quid vero scripserit Sophocles, ne divinari quidem posse mihi videtur. Cfr. Nauckii annot. crit. ad h. l. Porro Ant. 260, 1087, 1172, 1217, 1223, 1303 (in nomine proprio); Trach. 30, 69, 81, 200, 271, 300, 360, 362 (nisi forte quis delendum esse hunc versum assentitur Wundero), 559, 608, 676, 678, 701, 754, 756, 781 [1]), 817, 913, 925, 938, 1058, 1096, 1161. Quod Meinekius (anall. Soph., in edit. Oed. Col., pg. 291) v. 272 pro „*ἀπ' ἄκρας ἧκε πυργώδους* ..." scribendum esse censuit „.. *ἄκρας ἔδικε πυργώδους* ...", vereor ut satis demonstraverit dicens: „pro *ἧκε*, „demisit", fortius verbum requiro, ac quum schol. id per *ἐδίσκευσε* explicet, conjicere possis poetam *ἔδικε* dedisse, quod legit hic fortasse Hesych.: *ἔδικε· ἔβαλεν, ἔρριψεν* ...". — Denique Phil. 64, 133, 134, 312, 436, 600, 751, 768, 777, 819, 867, 920, 923, 932, 952, 1033, 1249, 1263, 1291, 1327, 1328, 1376, 1384, 1435. In v. 222, qui vulgo legitur „*ποίας πάτρας ἂν ὗμας ἢ γένους ποτέ* ...", recte dicit Dindorfius, *ὗμας* esse formam tragicis inauditam omninoque nullo comprobatam exemplo (cfr. Kruegeri gr. Gr. II, §.

---

[1]) quem versum interpolatori deberi censet Meinekius (symb. crit. ad Antig. p. 42); cfr. autem quae contra eum recte, opinor, disputavit L. Spengel in Philol. XXI, 345.

25, 1, ann. 18.), suoque, nisi fallor, jure refutata Triclinii correctione „*ποίας πάτρας ἂν ἢ γένους ὑμᾶς ποτέ* ...“, ipse proponit „*ποίας ἂν ὑμᾶς πατρίδος ἢ γένους ποτέ*“, ut illa ipsa, de qua modo egimus, evadat solutio frequentissima apud Sophoclem. —

Praterea enumeranda sunt tredecim dactylorum in tertia sede exempla e fragmentis Sophocleis petita: frgm. 39, 1; 207, 1; 337, 1; 403, 1; 477, 2; 507, 1; 558, 1; 574, 3; 593, 7; 856, 2; 866, 1; 357, 1; 556, 1, quorum in ultimis duobus collocata sunt nomina propria. —

3. Quam semper legem in solvendo tertio pede, si dactyli thesin expressit vocabulo monosyllabo, observasse videtur Aeschylus, ut eligeret, quod arctissime cohaereret cum vocabulo antecedente, ea tantum abest ut apud Sophoclem valeat, ut totidem fere exempla laesae regulae, quot observatae, inveniantur. Inter haec sunt referendi versus Ai. 506 „*μὲν πατέρα* ...“, 1006 „*μολεῖν μοι δυνατόν* ...“; El. 558 „*λέγω σοι· πατέρα* ...; O. R. 774 „*πατὴρ μὲν Πόλυβος* ...“, 942 „*ἐπεί νιν θάνατος* ...“, 1016 „*ἦν σοι Πόλυβος* ...“, 1017 „*οὐ γὰρ Πόλυβος* ...“; Ant. 162 „*τὰ μὲν δὴ πόλεως* ...“; Trach. 9 „*ἦν μοῖ ποταμός* ...“, 1228 „*γάρ τοι μεγάλα* ...; Phil. 1034 „*ἦν σοι πρόφασις* ...“; deinde frgm. 33, 1 „*ὑφῃρέθη σοι κάλαμος* ...“, 358, 1 „.. *εἰ μὴ Πολῖδῳ* ...“.

Contra majore videntur compositi licentia dactyli in Ai. 819 „*ἐν γῇ πολεμίᾳ* ...“, 859 „*ὦ γῆς ἱερόν* ...“; O. R. 309 „*ἢ γῆς φυγάδας* ...“, 353 „*γῆς τῆσδ' ἀνοσίῳ* ...“; O. C. 441 „*ἐκ γῆς χρόνιον* ...“, 1425 „*ὃς σφῷν θάνατον* ...“, 1606 ... *μὲν Ζεὺς χθόνιος* ...“; Trach. 685 „*φάρμακον τοῦτ' ἄπυρον* ...“; Phil. 10 „*ἀεὶ πᾶν στρατόπεδον* ...“, 800 „*Λημνίῳ τῷδ' ἀνακαλουμένῳ* ...“; frgm. 328, 2 „... *τὸ ζῆν ἄνοσον* ...“, 327, 7 „*πένης ὢν ἄνοσος* ...“ (quod quidem fragmentum non Sophocli, sed Euripidi esse vindicandum nescio quo jure conjecerit Meinekius).

4. Arsis dactyli soluta duobus efficitur monosyllabis

El. 1291 „... *τὰ δ' ἐκχεῖ, τὰ δὲ* ...“; O. R. 99 „*ποίῳ καθαρμῷ; τίς ὁ τρόπος* ...“ (quo in versu cur Wunderus [adverss. in Phil. 30] offendens articulum deleri jusserit, non assequor), 637 „*οὐκ εἶ σύ τ' οἴκους, σύ τε* ...“; O. C. 388 „*ποίοισι τούτοις; τί δὲ τεθέσπισται* ...“; Phil. 879 „*αὐτὸς ἄρον, σύ με* ...“, 1348 „*ὦ στυγνὸς αἰὼν, τί με* ...“. Addendus Trach. v. 292 „*παρόντων, τὰ δὲ πεπυσμένη* ...“. Rectissime enim sic emendasse Scaligerum (apud Musgravium, exercitt. Eurip., pg. 1.), Laurentiano *ἄμετρον* praebente lectionem „*τῶν δέ* ...“ omnes omnino concesserunt homines docti criticae faciendae periti. —

5. Non raro fit apud Sophoclem, ut vox bisyllaba dactyli arsis vicem teneat, quam solutionem si quando adhibuit Aeschylus, ita nobis visus est eam comparasse, ut vocabulum illud bisyllabum arcte conjungendum cum sequentibus curaret. Qua de causa maximam partem praepositiones bisyllabae, quae liquidam praeterea habeant pronuntiationem, hunc obtinent apud Aeschylum locum, quum separari nequeant a substantivis ex iis pendentibus. — Cui observationi nonnulli quidem repugnant versus Sophoclei, plerique favent. Sic Ai. 301 „... *ὑπάξας διὰ θυρῶν* ...“; El. 1475 „*τί λεύσσω; — τίνα φοβῇ* ...“; O. R. 10 „*φωνεῖν, τίνι τρόπῳ* ...“; O. C. 305 „*παρέσται· πολὺ γάρ* ...“, 1129 „*ἄχω διὰ σέ* ...“; Ant. 55 „*ἀδελφὼ δύο μίαν* ...“, 1240 „*νεκρὸς περὶ νεκρῷ* ...; Trach. 595 „*ἤδη· διὰ τάχους* ...“, 878 „*ὀλεθρία· τίνι τρόπῳ* ...“, 1098 „*τρίκρανον σκύλακ' ἀπρόσμαχον* ...“, 1100 „*μήλων φύλακ' ἐπ' ἐσχάτοις* ...“ (apostropho arcte juncta); Phil. 117 „*ἔρξας δύο φέρῃ* ...“, 758 „*αὕτη διὰ χρόνου* ...“, 817 „*ἐάσειν. — ἀπό μ' ὀλεῖς* ...“, 1026 „*αὐτοῖς, ἐμὲ δέ*...“, 1232 „*ἔλαβον τάδε τά*...“, 1297 „*τὰ Τροίας πεδ' ἀποστελῶ* ...“, 1332 „*τὰ Τροίας πεδ' ἑκών*“; frgm. 343, 2 „*ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων* ...“, 453, 3 „*φλοίσβου μετὰ κοπήν* ...“. Minus autem videntur esse numerosi versus, si verba in medio trimetro posuit poeta, qualia Ai. 343 „*λεηλατήσει χρόνον; ἐγώ* ...“; Ant. 1279 „*πρὸ χειρῶν τάδε φέρων* ...“; frgm. 264, 2 „*ἀν-*

τίπλαστον νομὸν ἔχει . . ." [1]). Cfr. Herm. ad Soph. Ai. 336 (343). Wunder., adversaria in Phil. pg. 25 sqq. —

His exemplis accedit, si Nauckii probaverimus conjecturam satis quidem veri similem, Ai. 994 „*ὁδῶν θ' ἁπασῶν ὁδὸς ἀνιάσασα δή*", qua recepta numeros esse multo elegantiores nemo infitiabitur, quam in lectione vulgata „*ὁδὸς θ' ὁδῶν πασῶν ἀνιάσασα δή*" (F. W. Schneidewinus [in Philol. IV, 474] proposuit: „*ὁδός θ' ἁπασῶν οὖν ἀνιάσασα δή*"). — Deinde El. 433 „*οὐδ' ὅσιον ἐχθρᾶς ἀπὸ γυναικός . . .*", quo quidem loco praepositio *ἀπό* a m. rec. in Laur. addita in plerisque legitur apographis. Attamen nescio an non abhorrere videatur a vero, si a Sophocle non *ἀπό*, sed *πρός* h. l. scriptum esse censeatur, id quod dubitanter conjecit Dindorfius ad h. l. Quam quum recipiendam esse praepositionem consenserimus, etsi ad loci sententiam nullum fere intercedit discrimen, id tamen assequimur, ut duae in Electrae fabulae summa arte ac praecipua metri severitate compositae versu vitentur solutiones, eo magis quae nunc sint offensioni, quod utraque efficiat dactylum. Sed ne aliter quidem unius versus pedes solutos invenies in hac tragoedia duos conjunctos, excepto v. 326, in quo tamen alter conformatur nomine proprio *Χρυσόθεμιν*. — Denique in Trach. 549, qui versus hominum doctorum conjecturis multifariam tentatus est proposuit Campe (in Philol. XXII.) „*θαλάμου μὲν ἄνθος, τότε δ' ὑπεκτρέπειν πόδα*". Dubito equidem de versu manifesto corruptissimo certi quid pronuntiare. —

6. Qua usum fuisse diligentia in tertiae trimetri sedis dactylis formandis vocabulo monosyllabo et bisyllabo Aeschylum intelleximus eandem adhibet Sophocles cujus fabulae suppeditant ejus solutionis exempla quatuor. Legitur O. R. 773 „*λέξοιμ' ἂν ἢ σοὶ διὰ τύχης . . .*";

---

[1]) ex conjectura certissima, opinor, Ellendti pro scriptura codicis Hesychii, qui hoc fragmentum servavit, „. . . *ἔχει νόμον*", aperte vitiosa. — Porsonus (praef. ad Eur. Hec. XI) „*νόμον ἔχει.*"

Trach. 1131 „*τέρας τοι διὰ κακῶν*“; Phil. 285 „*χρόνος δὴ διὰ χρόνου*“, 1013 „*ἀλλ᾽ ἡ κακὴ σὴ διὰ μυχῶν*“. Quibus locis solutionem tolli fere omnino liquida vocum illarum bisyllabarum pronuntiatione, nemo, opinor, negabit. —

7. Rectissime jam Wunderus perspexit (adverss. in Philoct. pg. 29.), eam solutionis formam, ut vox monosyllaba initium faciat arsis solutae, sequente verbo, quod e pluribus syllabis compositum sit, eo minus habere offensionis, quo arctius vox illa cum sequentibus cohaereat. Quam solutionem, quater tantum adhibitam ab Aeschylo (cfr. §. 3, 6.), adamasse videtur Sophocles, quippe in cujus senariis quindecim ejus inveniantur exempla. Ai. 585 „*ὦ δέσποτ᾽ Αἴας, τί ποτε*“; O. R. 422 „*καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον*“, 936 „*Κορίνθου· τὸ δ᾽ ἔπος*“, 1382 „*ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ*“, 1391 „*ἰὼ Κιθαιρών, τί μ᾽ ἐδέχου*“ (in quo offendit injuria Wunderus l. l.), 1441 „*πατροφόντην, τὸν ἀσεβῆ*“; O. C. 284 „*ἔλαβες τὸν ἱκέτην*“, 470 „*ἐνεγκοῦ δι᾽ ὁσίων*“, 487 „*δέχεσθαι τὸν ἱκέτην*“, 1008 „*κλέψας τὸν ἱκέτην*“; Trach. 412 „*δίκαιος; τί ποτε*“; Phil. 237 „*ὁρμή; τίς ἀνέμων*“, 501 „*σῶσον, σύ μ᾽ ἐλέησον*“, 930 „*προστρόπαιον, τὸν ἱκέτην*“. Denique frgm. 832, 1 „*ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος*“. —

8. Duobus locis iisque petitis ex fabulis, quas majore licentia, metri si habemus respectum, scriptas esse constat, tertii pedis dactylus ex duobus compositus est vocabulis monosyllabis initioque ejus, quod sequitur: Phil. 767 „*ὅταν περ τὸ κακόν*“ et O. C. 44 „*ἀλλ᾽ ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην*“ (neque enim umquam, quantum scio, recte emendasse virum doctum, qui Londini a. 1747 edidit fabulas Sophocleas, „*τὸν*“ pro *τόνδ᾽*, quod in libris est manu scriptis, negavere critici). —

9. Eo usque denique progressus est Sophocles, id quod Aeschylum nusquam ausum esse vidimus, ut tribus efficeret dactylum in tertia sede vocabulis monosyllabis; neque tamen ea spreta conditione, ut arctissime, quae arsin exprimerent solutam, inter sese cohaererent. Cujus formae le-

guntur exempla tria, unum in O. R., v. 768 „*εἰρημέν' ἦ μοι, δι' ἅ νιν*“, alterum Phil. 578 „*τί φησιν, ὦ παῖ; τί με*“, tertium in eadem fabula, v. 815 „*τί παραφρονεῖς αὖ; τί τὸν ἄνω λεύσσεις κύκλον*“. —

Caput tertium.

De dactylis in Euripidis senariis adhibitis.

§. 6.

De dactylis in prima trimetri sede adhibitis.

Quanto cunque opere Aeschylum superat Sophocles admittendis in primo senarii loco dactylis modoque liberiore conformandis (in Philocteta certe fabula), ab utroque poeta vix dici potest quantum in hac re distet Euripides. Nam qui rari tantum in illorum fabulis reperiuntur dactylis neque fere nisi uno vocabulo expressi, eos Euripides plurimos adhibuit, octo eorum variis, ut ita dicam, generibus usus. Verum tamen hac quoque in re maxime cavendum, ne severioris stili tragoedias sex confundamus cum ceteris neve nullum inter eas discrimen intercedere putemus. —

1. Integra efficiunt vocabula dactylos in versus initio: Suppl. 93 „*μητέρα γεραιὰν βωμίαν ἐφημένην*“; El. 15 „*ἄρσενα*“, 48 „*ἄθλιον*“, 539 „*κερκίδος*“, 600 et 1278 „*μητέρα*“; Herc. fur. 1090 „*αἰθέρα*“, 1174 „*ὕστερος*“, 1346 „*οὐδενός*“; Troad. 415 „*μαινάδος*“, 425 „*κήρυκες*“, 510 „*μηδένα*“, 653 „*οἴκοθεν*“, 976 „*ἤλυθον*“ (h. l. codd. optimi „*ἦλθον ἐπ' Ἴδην*“ manifesto *ἀμέτρως*; quod habet Palat. 287 [*B*] „*ἦλθον πρὸς Ἴδην*“ correctionem esse metri causa factam facile est intellectu; itaque verum vidisse videtur Kirchhoffius, formam illam „*ἤλυθον*“ h. l. scribens, quam etiam in trimetro non esse prorsus insolitam demonstravit

Elmsl. ad Eur. Med. 1077 [1]); Iph. T. 79, 715, 1173 „μητέρα“, 271 „δέσποτα“, 391 et 588 „οὐδένα“, 752 „μήποτε“, 1085 οὐκέτι“; Ion. 855 „τοὔνομα“, 1147 „οὐρανός“, 1149 „ἥλιος“, 1351 „ἐνθάδε“, 1515 „μητέρα“; Hel. 444 „μηδένα“, 588 et 1100 [2]) „τοὔνομα“, 958 „ἄθλιος“, 1029 „οὔποτε“, 1209 „οἰκτρόταθ' ὑγροῖσιν“, 1264 „ἄξια“, 1445 „ἥξομεν“, 1585 „πόντιε“, 1586 „σώσατε“, 1604 „δείξατε“; Phoen. 576 „ἀσπίδας“, 776 „μήποτε“, 887 „μηδένα“, 984 „πόμπιμος“, 1314 „τοὔνομα“, 1630 „ἐκβάλετ' ἄθαπτον“; Iph. A. 526 „ποικίλος“, 609 „ἐλπίδα“, 634 „ἥκομεν“, 676 „στήσομεν“, 685 et 938 „τοὔνομα“, 723 „ἐνθάδε“, 929 „πεισόμεθ' · ὅταν“, 935 „κοὔποτε“, 1128 „σύγχυσιν“, 1132 „τλήμονα“, 1147 „κοὐκέτι“; Cycl. 296 „δύσφορα“ (Kirchhoffius conj. „δύσφροσιν“); Bacch. 293 „αἰθέρος“, 741 „ῥιπτόμεν' ἄνω“, 829 et 1318 „οὐκέτι“, 914 „ἔξιθι“; Or. 7 „ἀέρι“, 52 „ἐλπίδα“, 64 „παρθένος“, 72 „παρθένε“, 87 „ἥκετον“; 128 „εἴδετε“, 280 „σύγγονε“, 291 „μήποτε“, 394 „φειδόμεθ' · ὁ“, 502 „μητέρα“, 1119 „εἴσιμεν“, 1145 „μητέρα“ (quem versum temere eliminasse mihi videtur Nauckius), 1189 „συλλάβεθ' ὅμιρον“, 1577 „οὐδέτερ' · ἀνάγκη“. Denique frgm. 69, 1 „μητέρα“, 971, 2 „οὐρανόν“, 784, 2 „δένδρεα“ (quamquam hujus loci verba nondum omni ex parte sanata videntur. Dobraeus [adverss. II, pg. 336] proposuit „δένδρων“. Cfr. Nauck. ad h. l.). —

Praeterea addendi sunt versus, quorum nomina propria primum obtineant locum: Hipp. 146; Andr. 656 (damnatus a Nauckio); Herc. fur. 1310; Iph. T. 29, 36, 748, 784; Ion. 12; Phoen. 3, 456, 757, 1588; Iph. A. 434, 1470; Bacch. 15; Or. 1636; frgm. 771, 3 et 888, 2.

---

1) injuria, opinor, disputavit contra eum Hermannus in dissert. de Rheso (Opuscc. III, pg. 297 sqq.).

2) quem versum, utpote ineptum, ejiciendum esse censuit Nauckius.

2. Minus etiam offensionis habuisse dactylum vocabuli quadrisyllabi initio expressum in principio senarii, ex eo mihi videor jure posse colligere, quod in Rheso quoque fabula, quam elegantissimis ubique et maxime limatis grammatica subtilitate excellere versibus scimus [1]), reperitur exemplum ejus modi solutionis, v. dico 804 („ἡνίοχε"). Neque vacat his dactylis Andr.; legitur enim v. 1157 „ἐξέβαλον", v. 1256 „ἀθάνατον". — Plures etiam in reliquis fabulis: Suppl. 535 „ἡμέτερον" [2]); El. 61 „ἐξέβαλε", 580 „οὐδέποτε", 1090 „τἀλλότρια"; Herc. fur. 345 „τἀλλότρια"; 924 „ἐξέβαλε"; Troad. 351 „εἰσφέρετε"; Iph. T. 696 „κτησάμενος", 986 „οὐράνιον", 1166 „αὐτόματον"; Ion. 1205 „ἀξύνετον"; Hel. 409 „ἐξέπεσον", 719 „αὐτόματα", 908 „τἀλλότρια", 987 et 1016 „ἀθάνατον", 1536 „πηδάλια"; Phoen. 58 „ὠνόμασε", 368 „γυμνάσια", 545 „κοὐδέτερον", 747 „ἀμφότερον", 779 „ἐκφέρετε"; Iph. A. 1182 „δεξόμεθα", 1410 „ἐξελογίσω" (qui est in numero eorum, quos damnavere Dindorfius et Nauckius); Cycl. 20 „ἐξέβαλεν", 137 et 162 „ἐκφέρετε", 326 „δαινύμενος", 402 „ἐγκέφαλον", 537 „ἠλίθιος", 560 „ᾠνοχόος", 645 „τυπτόμενος"; Bacch. 8 „τυφόμενα", 9 „ἀθάνατον", 447 „αὐτόματα", 809 „ἐκφέρετε", 861 „δεινότατος", 1267 „λαμπρότερος". Denique frgm. 796, 3 „ἀθάνατον". Praeterea in nominibus propriis invenitur haec solutio decies in Hipp., nomine Ἱππόλυτος in versuum initio collocato (v. 11, 22, 53, 310, 352, 584, 885, 900, 1162, 1177); semel in Andr. (v. 1266); bis in Hec. (487 et 503); semel in Suppl. (v. 392); semel in Herc. fur. (v. 1272); ter in Troad. (v. 238, 625, 960); ter in Iph. T. (v. 9, 244, 1013); semel in Phoen. (v. 1113); novies in Iph. A. (v. 91, 95, 433, 531, 713, 814, 1114,

---

[1]) cfr. Hermanni elemm. doctr. metr. pg. 124.

[2]) quem quidem versum abjudicandum Euripidi, hoc certe loco esse incommodum, ut 531 quoque usque ad 534 et 536, censet Nauckius; cfr. ejus annot. ad Moschionis frgm. 11 in Tragg. Graec. frgm. pg. 635.

1464, 1544); semel in Cycl. (v. 7); semel in Bacch. (v. 340); sexies in Or. (v. 23, 38, 589, 888, 1645, 1650); ter denique in fragmentis (230, 4; 351, 1; 697, 6).

3. Saepissime utitur Euripides in senariorum initio dactylis, quorum longa expressa est vocabulo monosyllabo. Quod quum arcte semper cohaerere in Aeschyli et Sophoclis fabulis cum vocabulo sequente observaverimus, Euripides non paucis locis hanc neglexisse videtur legem. Legitur ea solutio Andr. 169 (ubi sequitur nomen proprium) „*οὐ Πρίαμος*“, 387 „*ὦ μεγάλα*“; Hec. 334 „*ὦ θύγατερ*“ (quo loco duo codices deterioris notae [F et *C*] aliam praebent lectionem „*ὦ τέκνον*“, quae reprobanda videtur, praesertim quum illae eaedem voculae incipiant senarium in vv. 415, 439, 585); praeterea v. 1235 „*οὐχ ὅσιον*“; Suppl. 263 „*ὃς Πέλοπος*“, 1066 „*ὦ θύγατερ*“; El. 493 „*ὦ θύγατερ*“, 506 „*καὶ πατέρα*“; Herc. fur. 88 „*ὦ θύγατερ*“, 1168 „*εἰς πόλεμον*“, 1292 „*αἱ μεταβολαί*“; Troad. 476 „*οὐκ ἀριθμόν*“, 747 „*οὐ σφάγιον*“, 774 „*ἀλλ' ἄγετε*“ (neque enim hanc Dobraei et Hermanni emendationem [1]) veri esse simillimam negari potest; contra quod Nauckius proposuit „*ἄγε δῆτα, φέρετε*“, etsi in tali verborum conjunctione haudquaquam haerendum videtur, quippe quae saepius in poetarum scriptis inveniatur [2]), tamen propter anapaesti illius conformationem displicet, Euripidi quoque non adeo frequentem neque fere nisi in fabulis majore metri licentia scriptis occurentem. Deinde Troad. 1016 „*ἆ θύγατερ*“, 1186 „*γραῦς ἄπολις*“, 1277 „*ἆ μεγάλα*“, 1285 „*ἀλλ' ἄγετε*“; Iph. T. 477 „*εἰς ἀφανές*“, 499 „*σοὶ δ' ὄνομα*“, 626 „*πῦρ ἱερόν*“, 1037 „*οὐ καθαρόν*“, 1163 „*οὐ καθαρά*“, 1185 „*καὶ πατέρα*“; Ion. 305 „*οὐδ' ἔτεκες*“, 403

---

1) codd. optimi „*ἄγετε, φέρετε, ῥίπτετ', εἰ ῥίπτειν δοκεῖ*“.

2) cfr. e. gr. Hom. Il. *B*, 331, Od. *θ*, 250; Aesch. Pers. 140; Soph. Trach. 1255; Eur. Cycl. 630; v. Kruegeri gr. Gr. II, §. 54, 4, ann. 3.

„μῶν χρόνιος“, 410 „ὦ πότνια“, 667 „ἦ θάνατον“, 735, 925, 942 „ὦ θύγατερ“, 1288 „ἀλλ' ἐγενόμεσθα“, 1354 „ὦ μακαρίων“, 1419 „οὐ τέλεον“, 1425 „ὦ χρόνιον“, 1512 „ὦ μεταβαλοῦσα“, 1522 „καὶ περικαλύψαι“, 1543 „οὔτ' ὄνομα“; Hel. 20 „ὃς δόλιον“, 566 „ὦ χρόνιος“, 711 „ὦ θύγατερ“ [1]), 722 „νῦν ἀνανεοῦμαι“, 751 „οὐδ' Ἕλενος“, 813 „εἰς ἄπορον“, 1092 „ἦ πατρίδα“, 1220 „ἃ Πρίαμε“, 1679 „τῶν δ' ἀναριθμήτων“; Phoen. 14 „ἦν χρόνια“, 44 „παῖς πατέρα“, 356 „καὶ φιλότεκνον“, 407 „οὐδ' ὀνομάσαι“, 502 „πλὴν ὀνόμασιν“, 539 „τῷ πλέονι“, 839 „οὓς ἔλαβον“, 843 „πρὸς πατέρα“, 919 „οὐκ ἔκλυον“, 1268 „εἰς θάνατον“, 1272 et 1683 „ὦ θύγατερ“, 1400 „εἰς δ' ἄπορον“, 1403 „ἦν, κάμακος“; Iph. A. 466 „οὐ συνετά“, 487 „ἀλλ' ἀπολέσας“, 850 „ἀλλ' ἀμελίᾳ“, 952 „ἦ Σίπυλος“, 1003 „εἴ τ' ἀνικετεύτως“, 1115 „τοῖς ὀνόμασιν“, 1136 „ὦ πότνια“, 1201 „ἦ Μενέλεων“, 1218 „μή μ' ἀπολέσῃς“, 1269 „οὐ Μενέλεως“; Cycl. 1 „ὦ Βρόμιε“, 182 „τὴν προδότιν“, 205 „οὐ κρόταλα“; Bacch. 45 „ὃς θεομαχεῖ“, 199 „οὐ καταφρονῶ“, 253 „οὐκ ἀποτινάξεις“, 262 „οὐχ ὑγιές“, 286 „καὶ καταγελᾷς“, 325 „κοὐ θεομαχήσω“, 482 „πᾶς ἀναχορεύει“, 692 „αἱ δ' ὑποβαλοῦσαι“, 731 „ἡ δ' ἀνεβόησεν“, 758 „πῦρ ἔφερον“, 976 „καὶ Βρόμιος“, 1332 „ἦν Ἄρεος“, 1345 „ὄψ' ἐμάθεθ' ἡμᾶς“; Or. 90 et 447 „ὦ μέλεος“, 213 „ὦ πότνια“, 248 „εἰ δ' ἄλοχον“, 361 „καὶ θάνατον“, 396 „ἡ σύνεσις“, 415 „μὴ θάνατον“, 670 „κοὐχ ὑποτρέχων“, 681 „τοῖς δεομένοισιν“, 721 „φροῦδ'; ἄφιλος“, 1029 „ὦ μέλεος“, 1032 „εἰς δάκρυα“, 1135 „ὧν πατέρας“, 1141 „ἀλλ' ἀπολιπών“, 1221 „ἦ σανίδα“, 1227 „τοῖς δεομένοισι“, 1566 „τοὺς διολέσαντες“, 1603 „καὶ σφάγια“, 1614 „σοὶ σφάγιον“. Postremo loco si addideris fragmentorum versus (133,

---

[1]) quorum loco verborum Stob., v. 710—714 afferens (eclogg. phys. I, 7, 6, pg. 241) haec habet „σκέψαι γάρ ...“, quae cur Nauckio unice vera sint visa, spreta codicum Euripideorum ad unum omnium lectione, doleo quod causam non attulit. —

2; 158, 1; 268, 3; 362, 1; 364, 30; 386, 1; 736, 4; 821, 1; 879, 3; 960, 2), quantus sit apud Euripidem exemplorum numerus hujus solutionis formae nullo intelliges negotio. Neque quemquam ne fugiat verendum existimo, quam negligenter tractaverit Euripides haud raro, certe in fabulis posterioris aetatis, istam formam, summa ubique diligentia et arte adhibitam ab Aeschylo et Sophocle.

4. Quam Aeschylus prorsus sprevit, Sophocles bis tantum, idque in Philocteta fabula, admisit primi pedis soluti formam, ut dactylus efficiatur vocabulo monosyllabo et bisyllabo, frequenter ea obviam fit in Euripidis tragoediis. Quid quod ne sex quidem illae, quas a ceteris ubique secludendas duximus, omnino vacant istius modi solutione? quid, quod Alcestis, quae inter fabulas est summa metri severitate compositas, versum continet, qualis 802 „*οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος, ἀλλὰ συμφορά*“, quo loco ne id quidem excusationi est, quod vocabula, quae initium efficiant versus, arcte inter se cohaereant? Sed ne cui suspicio incidat, opus esse corrigi illum versum, tenendum est, Herculem illa pronuntiare verba paullo liberiore utentem metro.

Legitur deinde El. 234 „*οὐχ ἕνα νομίζων*“; Herc. fur. 285 „*μὴ πυρὶ καταξανθέντας*“, 460 „*ἦ πολύ με δόξῃς*“, 547 „*μή ποτε*“, 590 „*οἷ στάσιν*“, 1129 „*τὴν θεὸν ἐάσας*“; Troad. 368 „*οἷ διὰ μίαν*“, 426 „*οἱ περί*“, 757 „*ἆ νέον*“, 979 „*ἦ γάμον*“; Iph. T. 248 „*οὐδ' ὄνομ' ἀκούσας*“, 480 „*ὡς διὰ μακροῦ*“, 703 „*καὶ δάκρυ' ἀδελφή*“, 1183 „*τὸν μόνον Ὀρέστην*“, 1189 „*τὸν νόμον ἀνάγκη*“; Ion. 247 „*ἆ ξένε*“; Hel. 720 „*οὐκ ἄρα*“, 802 „*οὐδ' ἄρα*“; 962 „*ὦ γέρον*“, 975 „*εἰ δ' ἐμέ*“, 1250 „*ὦ ξένε*“; Phoen. 40 „*ὦ ξένε*“, 1619 „*ἀλλ' ἔτι*“, 1639 „*ὦ πάτερ*“, 1701 „*ὦ φίλα*“; Iph. A. 410 „*οὐκ ἄρα*“, 431 „*ἦ πόθον*“, 463 et 640 „*ὦ πάτερ*“, 633 „*ὦ σέβας*“, 660 „*ὡς πολύν*“ (qui versus suspectus est Nauckio), 735 „*οὐ καλόν*“, 961

„ἀλλ' ὕβριν“ [1]), 1188 „ἀλλ' ἐμέ“, 1270 „οὐδ' ἐπί“ (quem versum in suspicionem vocat Nauckius); Cycl. 354 „Ζεῦ ξένι' ὅρα“, 676 „ὁ ξένος“; Bacch. 352 „οἱ δ' ἀνά“, 474 „οὐ θέμις“, 477 „τὸν θεὸν ὁρᾶν σὺ φῆς“ [2]), 491 „ὡς θρασύς“, 1329 et 1363 „ὦ πάτερ“; Or. 25 „ἦ πόσιν“, 27 „οὐ καλόν“, 47 „μὴ πυρί“, 113 „καὶ λαβέ“, 126 „ὦ φύσις“, 211 „ὦ φίλον“, 247 „εἰ μόνος“, 391 „ὦ παρά“, 423 „ὡς ταχύ“, 424 „οὐ σοφός“, 544 „ὦ γέρον“, 674 „ὦ πατρός“, 864 „ἦ διά“, 1085 „ἦ πολύ [3]), 1134 „νῦν δ' ὑπέρ“, 1173 „εὖ ποθεν“, 1231 „ὦ πάτερ“, 1237 „σοὶ πάτερ“. Denique frgm. 129, 1 „ὦ ξένε“, 488, 1 „κοὐκ ἐμός“, 781, 45 „ἀλλ' ἔσιθ' ἐς“, 912, 1 et 1050, 1 „ἡ φύσις“. Frgm. 1117, 46 „ἐκ Διός“ in censum vocare supersedeo, ut pote quod fragmentum Byzantinae videatur aetati, nullo modo Euripidi tribuendum. Cfr. Nauck. in Tragg. Graec. frgm. pg. 554. —

5. Usque eo progressus est Euripides licentiae, ut primi pedis dactylum efficeret duobus vocabulis monosyllabis et initio ejus, quod sequitur. Herc. fur. 454 „ὦ τέκν' ἀγόμεσθα“; Ion. 365 „πῶς ὁ θεός“, 825 „κᾆθ' ὁ θεός“, 1519 „καὶ τὸ γένος“; Hel. 390 „πρὶν τὸν ἐμόν“; Phoen. 398 „οὐδ' ὁ χρόνος“; Iph. A. 541 „ὡς ἐπ' ἐλαχίστοις“, 694 „ἀλλ' ὁ νόμος“, 734 „οὐχ ὁ νόμος“; Bacch. 299 „καὶ τὸ μανιῶδες“, 310 „μὴ τὸ κράτος“, 314 „οὐχ ὁ Διονύσος“, 1128 „ἀλλ' ὁ θεός“, 1249 „ὡς ὁ θεός“; Or.

---

1) h. v. in numero est eorum, quos spurios dicit Dindorfius, ab homine scriptos „Εὐριπίδου πλεῖν ἢ σταδίου λαλιστέρῳ“ (Dind. ad Eur. Iph. A. 942).

2) sic enim recte conjecisse censeo Kirchhoffium, suo jure veritum, ne particula γάρ in codicibus addita post θεόν profecta sit a metrico versum mancum utcunque explente; est enim pronomen σύ in cod. *B* a m. altera suprascriptum.

3) sic B, c et decem alii; in aliis codicibus non deterioris notae scriptum „ἤπου“; utrum praeferendum sit, ambigo.

492 „εἰ τὰ καλά“, 550 „καὶ καθ᾽ ὁδόν“; denique frgm. 145, 1 „μὴ τὸν ἐμόν“ et 85, 1 „ἢ τί πλέον“ (nisi potius h. l. cum Valckenaerio scribendum est „τί πλεῖον“. Nam si versus scriptura esset genuina, quam habet Stobaeus [florileg. 79, 23] Euripides omisisset, quod eum alias ubique observasse ex locis supra allatis intelligitur, alterum vocabulum monosyllabum vel apostropho vel sententiae nexu arcte conjungere cum tertio, ut unius fere instar sit utrumque). —

6. Quod modo monuimus, Euripides haudquaquam neglexit, si quando tribus voculis monosyllabis conformavit primum senarii pedem. Qua solutione quod vacant omnino fabulae severioris stili, non miraberis. Etiam Suppl. 840 ubi in codice optimo (B) correctum est a sec. m. „εἰς τὰ σά γε μύθους“ (a pr. m. „εἰς τὰ σὰ μύθους“), quin felicissime emendaverit Elmsl. „εἴασα ...“, leviter litteris mutatis et loci sententia consulens et removens solutionem, non dubitamus. Contra Ion. 1535 „μὴ σύ γε· παρ᾽ ἡμῶν“ nullo pacto tentandus, nec magis Iph. A. 498 „εἰ δέ τι κόρης“, 941 „οὐ δι᾽ ἐμὶ ὀλεῖται“, 1441 „οὐ σύ γε· σέσωσμαι“, 1454 „ἔσθ᾽ ὅ τι κατ᾽ Ἄργος“, 1623 „χρὴ δέ σε λαβοῦσαν“; Cycl. 9 „οὐ μὰ Δί᾽, ἐπεί“, 555 et 586 „ναὶ μὰ Δί᾽“; Bacch. 492 „εἴρ᾽ ὅ τι“ et 951 „μὴ σύ γε ...“.

Qua satis larga exemplorum copia comprobatur, Or. 1106 „πῶς; τὸ γάρ“, quem Kirchhoffius vix sanum designat, caussis e metro petitis tentari non posse, quippe qui ceteris nullatenus negligentius est conformatus. —

7. Negligentiore modo compositi sunt versus, in quorum initio dactylus efficiatur vocabulo bisyllabo et monosyllabo. Quod quidem si tam arcte cum antecedente cohaereat, ut fere unius instar pronuntientur, non absque omni excusatione esse videntur versus, ut Iph. A. 308 „οὐδέ γε φέρειν σε πᾶσιν Ἕλλησιν κακά“, 1142 „αὐτὸ

δέ"; Or. 99 „*ὄψε γε*" [1]). Multo vero minus numerosa est versus compositio Cycl. 270 „*αὐτὸς ἔχ' · ἔγωγε*", quippe quo loco arctius apostropho juncta sint vocabulum alterum et tertium.

8. Omnium vero cur negligentissime conformatos habeamus dactylos, quos efficiunt vocabulum bisyllabum primaque sequentis syllaba, ipsa rhythmorum ratio docet. Qualis solutio quod in Bacch. 285 „*ὥστε διά*" et Or. 2 „*οὐδὲ πάθος*", usu venit, id nimis mirum esse nequit, quum qua metri incuria composuerit has fabulas Euripides, saepius jam notaverimus.

§. 7.

De dactylis in tertia senarii sede adhibitis.

1. Quales dactylos in tertio trimetri loco prorsus vitat Aeschylus, bis tantum admittit Sophocles nominum forma propriorum coactus, uno dico expressos vocabulo, tales et multo plures neque in nominibus tantum propriis reperiuntur apud Euripidem, sed, id quod monere vix pretium est operae, in solis fabulis deterioris stili. Ionis quidem in v. 60 „*οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα*" [2]) facile tollitur solutio, modo restituendam esse assentiamur Matthiaeo formam „*Εὐβοΐδα*", poetis non prorsus inusitatam. — Neque Hel. v. 1016 „*ἀθάνατον εἰς ἀθάνατον*" afferre ausim tamquam specimen et documentum istius modi solutionis, utpote quem quis objiciat jure Euripidi esse abjudicatum a Dindorfio, Nauckio, Badhamio. — Contra nullo modo tentari posse mihi videntur Hel. 767 „*τὰ Ναυπλίου τ' Εὐβοϊκά*", Iph. A. 846 „*ἄμφω γὰρ οὐ ψευδόμεθα*", 1563 „*στὰς δ' ἐν μέσῳ Ταλθύβιος*"; Bacch. 278 „*ὃς δ' ἦλθεν ἐπὶ τἀντίπαλον*"

---

[1]) cfr. Elmsl., review of Markland's Supplices ad v. 158.

[2]) quod hemistichium etiam in Rhadamantho fabula Euripidea occurrisse refert Strab. VIII, pg. 356. Cfr. Nauck, tragg. Graec. frgm. 659.

(sive in hac codicum lectione esse acquiescendum statuis, sive consentiendum cum Badhamio conjiciente [in praef. ad edit. Iph. T. et Hel., pg. 21] „ὁ δ' ἡδονὴν ἀντίπαλον“) et v. 1342 „ἔγνωθ', ὅτ' οὐκ ἠθέλετε“; frgm. 388, 2 „ῥανῶ πέδοι δ' ἐγκέφαλον“. — Majore etiam negligentia compositos esse numeros dicendum est, ubi in medio vocabulo dactylus sit expressus, ut Hel. 753 „τί δῆτα μαντευόμεθα“ et Or. 444 „κύκλῳ γὰρ εἱλισσόμεθα“. —

2. Accedimus jam ad solutionis formam omnium longe usitatissimam, dactylos intelligo in tertia sede ex ultima vocabuli syllaba initioque sequentis compositos. Quorum tanta reperitur copia in fabulis Euripideis, ut in singulis quadragenae fere ejusmodi solutiones peraeque duci possint. Offensionis prorsus habitos esse expertes in tertia sede dactylos illa ratione formatos, id videtur documento, quod eorum abunde est etiam fabulis, ceteroquin quae maxime vitent ac respuant solutiones. Legitur enim, dactylis, qui conformentur syllabis nominum propriorum, in censum non vocatis, ista tertii pedis solutio novies decies in Hipp. (v. 43, 73, 77, 267, 576, 614, 778, 795, 864, 922, 938, 951, 1056, 1073, 1165, 1201, 1223, 1435, 1438); septies decies in Heracl. (v. 11, 34, 54, 58, 146, 211, 275, 396, 399, 406, 419, 655, 673, 689, 819, 832, 932); quinquies et vicies in Med. (v. 2, 18, 21, 51, 262 [neque enim cur Nauckius uncis incluserit hunc versum, assequor. V. annot. Elmsl.], 455, 502, 509, 554, 557, 607, 706, 957, 1003, 1037, 1065, 1121, 1158, 1160, 1192, 1322, 1348, 1355, 1379, 1380); duodecies in Alc. (v. 552, 642, 671, 675, 684, 687, 694, 754, 851, 940, 1055, 1072); semel et tricies in Rhes. (v. 78, 81, 82, 88, 103, 113, 116, 117, 140, 166, 167, 212, 283, 286, 321, 330, 398, 430, 444, 488, 526, 587, 590, 607, 617, 629, 671, 674, 809, 811, 852); undetricies in Andr. (v. 84, 170, 189, 215, 253, 316, 324, 345, 348, 350, 352, 428, 446, 584, 613, 623, 625, 630, 718, 923, 945, 982, 1002, 1005, 1096, 1142, 1143, 1157, 1248); — deinde tricies in Hec. (v. 305, 314, 336, 381, 382, 396, 426, 488, 498, 518,

544, 552, 585, 593, 599, 602, 660, 737, 741, 772, 806, 858, 866, 872, 876, 882, 1142, 1271, 1279, 1281); quadragesies quinquies in Suppl. (v. 2, 15, 39, 102, 110, 117, 119, 121, 160, 169, 201, 203, 219, 235, 238, 342, 382, 406, 481, 485, 507, 508, 661, 665, 672, 678, 682, 687, 703, 715, 722, 848, 866, 898, 931, 1052, 1090, 1096, 1100, 1192, 1202, 1205, 1212, 1223; quibus adde v. 1196) [1]); tricies bis in El. (v. 20, 52, 56, 61, 86, 306, 309, 389, 393, 412, 563, 603, 614, 625, 760, 775, 794, 811, 818, 852, 887, 898, 942, 971, 978, 1006, 1028, 1047, 1071, 1073, 1102, 1140); quadragies quinquies in Herc. fur. (v. 3, 56, 140, 145, 198, 214, 301, 304, 307, 318, 326, 327, 334, 344, 458, 489, 495, 523, 547; 549, 571, 581, 598, 619, 830, 834, 837, 839, 842, 853, 854, 958, 968, 986, 999, 1128, 1144, 1179, 1233, 1259, 1269, 1273, 1282, 1334, 1351); tricies quinquies in Troad. (v. 6, 42, 44, 58, 71, 88, 96, 252, 259, 274, 351, 361, 376, 388, 389, 400, 401, 419, 462, 495, 499, 507, 615, 668 [quem versum perperam in suspicionem vocasse videntur Dindorfius eumque secutus Nauckius], 751, 866, 886, 915, 919, 965, 990, 1040, 1139, 1141, 1243); quadragies sexies in Iph. T. (v. 5, 7, 12, 79, 107, 298, 300, 307, 320, 383, 386, 468, 495, 508, 511, 527, 563, 606, 663, 776, 796, 799, 833, 903, 918, 929, 949, 969, 976, 1003, 1020, 1021, 1027 1030, 1042, 1043, 1162, 1181, 1200 [2]), 1328, 1346, 1365, 1387, 1392, 1394, 1455) Reiskii conjectura scribentis v. 343 „ἡμεῖς ὅστα.“ (codd. „οἶα“) cur rejicienda sit, luculenter ostendit Badham. ad h. l.]; bis et quadragies in Ione (v. 27, 46, 64, 76, 245, 250, 254, 274, 278, 334, 366, 443, 595, 598, 669, 743, 756, 805, 829, 926, 940, 959, 970, 979, 993, 1000, 1012, 1024, 1119, 1133, 1143, 1152, 1201, 1323, 1331, 1339, 1384, 1403, 1423, 1434, 1549, 1578);

---

[1]) recte enim Elmsl. h. l. scribendum censuit „...σφάγια χρή...“ pro codicum lectione „χρὴ σφάγια.“

[2]) In vocabulo enim „κηλίς“ alteram produci syllabam docent Drac. 15, 24 et aliis locis, Etymol. Magn. 984, 3 (Sylb.); cfr. Spitzner, prosod. Graec. §. 36, 2, d, ann.

duodesexagies in Hel. (v. 2, 3, 26, 55, 73, 77, 110, 149, 283, 390, 394, 456, 458, 467, 480, 549, 570, 594, 616, 713, 724, 754, 755, 774, 791, 798, 811, 854, 876, 948, 955, 972, 990, 1021, 1025, 1088, 1103, 1173, 1183, 1186, 1189, 1213, 1238, 1245, 1269, 1272, 1278, 1397, 1434, 1436, 1547, 1551, 1556, 1564, 1575, 1648, 1673, 1685); quinquagies sexies in Phoen. (v. 18, 32, 65, 276, 369, 381, 388, 393, 394, 398, 412, 413, 477, 488, 493, 517, 522, 538, 539, 543, 554, 565, 569, 584, 718, 734, 751, 848, 856, 857, 934, 941, 969, 996, 1074, 1116, 1122, 1125, 1168, 1220, 1253, 1254, 1321, 1326, 1369, 1370 [quem versum nescio an jure proscripserit Valckenaerius], 1381, 1385, 1393, 1415, 1459, 1470, 1601, 1610, 1625, 1634)] ter et vicies in Iph. Aul. (v. 68, 81, 100, 108, 439, 495, 682, 687, 697, 832, 934, 964, 1011, 1142, 1171, 1179, 1180, 1193, 1204, 1230, 1431, 1449, 1588); vicies quinquies in Cycl. (v. 19, 31. 156, 167, 175, 180, 227, 241, 329, 331, 378, 386, 390, 401, 449, 473, 587, 592, 604, 625, 631, 635, 641, 673, 703); quater et quadragies in Bacch. (v. 38, 54 [quem versum Bernhardy a fabulae actore aliquo posteriori tempore esse additum censuit], 183, 185, 236, 258, 273, 302, 310, 320, 338, 445, 456, 487, 647, 668, 692, 705, 711, 719, 725, 739, 742, 745, 747, 755, 759, 767, 782, 805, 917, 951, 1026, 1067, 1070, 1102, 1234, 1319, 1326, 1330, 1331, 1335, 1356, 1366); quinquagies septies in Or. (v. 13, 14, 25, 86, 103, 220, 258, 261, 270, 274, 302, 310, 367, 374 [1]), 378, 383, 387, 393, 414, 448, 473, 475, 485, 493, 502, 506 [ex emendatione Nauckii satis veri simili], 510, 523, 567, 582, 585, 587, 588, 590, 595, 611, 625, 629, 685, 723, 845, 867, 884, 897, 906, 917, 921, 1046, 1170, 1173, 1176, 1186, 1332, 1583, 1603, 1624, 1645). Denique afferendi sunt versus septuaginta e fragmentis petiti: frgm. 16, 1; 39, 1; 51, 2; 127, 1; 132, 7; 167, 1; 170, 1; 176, 3; 179, 2; 185, 3; 187, 2; 188, 2;

---

[1]) nisi h. l. aliorum codicum nec non deteriorum lectionem, „*παιδός*“ praeferendam esse censes vulgatae „*θυγατρός*.“

208, 1; 218, 1; 219, 4; 220, 4; 237, 1; 250, 1; 267, 2; 284, 18 et 19; 287, 8; 291, 1; 303, 3; 324, 4; 341, 3; 355, 1: 362, 9, 11, 15, 21, 34; 425, 1; 442, 3; 463, 1; 495, 4; 497, 3; 502, 2; 506, 2; 534, 2 et 3; 535, 1; 541, 2; 558, 2; 627, 1; 637, 2; 642, 3; 660, 8; 693, 2; 700, 2; 778, 3; 779, 6; 781, 13, 38, 44, 46; 813, 4; 816, 5; 870, 1; 877, 1; 879, 2; 890, 2; 913, 2; 933, 1; 1004, 1; 1008, 1; 1027, 4; 1028, 2; 1030, 2; 1039, 5; 1065, 3.

Largissimae huic exemplorum copiae sunt addendi dactyli nominum propriorum syllabis in tertia sede conformati. Cujus modi inveniuntur pedes: Hipp. 31, 34, 373, 455, 1417; Heracl. 478, 879; Med. 504; Rhes. 174, 299, 338, 977; Andr. 43, 73, 240, 325, 565, 631; Hec. 503, 764, 953, 1002; Suppl. 130, 184, 496, 639, 658, 660, 904, 1046, 1065, 1220, 1224; El. 410, 950, 1023, 1289; Troad. 18, 481, 747; Iph. T. 14, 359, 746, 1415, 1462; Ion. 1356, 1591; Hel. 13, 145, 289, 625, 821, 859, 1004, 1221, 1264, 1273, 1286, 1408, 1423, 1538, 1548, 1606, 1648, 1676; Phoen. 7, 855, 862, 1407, 1675; Iph. A. 107, 825, 945, 949, 1200, 1415, 1573; Cycl. 114, 178, 185; Bacch. 16, 790; Or. 11, 380, 872, 1105, 1171, 1279, 1630, 1660; postremo frgm. 90, 1; 307, 1; 705, 1.

3. Usitatissima ea quoque apud Euripidem est solutionis forma, ut longa dactyli efficiatur vocabulo monosyllabo, breves exprimantur initio vocis, quae sequitur. Qua in re quam regulam secutum esse Aeschylum probare studuimus, ut monosyllabum illud arcte cohaereat cum vocabulo antecedente (cfr. §. 3, 2), jam a Sophocle plus semel neglectam (cfr. §. 5, 3), eam saepissime violatam esse in Euripidis fabulis licet observari. Immo id quin pro certo dici queat, non dubium existimo, etiam in sex illis fabulis, quas in universum majore severitate, si metrum respicimus, compositas compluribus designavimus locis, tantum abesse ut regula ista ubique servata reperiatur, ut totidem laesae exempla occurrant. En versus omnes. Hipp. 1167 „...*τοῦ σοῦ στόματος*...“, 1246 „*βραχὺν δὴ βίοτον*“;

Heracl. 163 „*Τιρυνθίοις θεὶς πόλεμον*“, 834 „*μέν νυν πίτυλος*; Med. 547 „*γάμους μοι βασιλικούς*“, 578 „*προδοὺς σὴν ἄλοχον*“, 710 „*τῶν σῶν ἱκεσία*“, 746 „*πέδον Γῆς πατέρα*“, 1332 „*καὶ γῆς προδότιν*“; Alc. 611 „*ὁρῶ σὸν πατέρα*“, 691 „*ὁρῶν φῶς· πατέρα*“; Rhes. 91 „*μιῶν τις πολεμίων*“, 335 „*γένοιτ' ἂν πολεμίοις*“, 593 „*ἢ πᾶν στρατόπεδον*“, 647 „*ὁ σός μοι πόλεμος*“, 805 „*δύσοιζ' οὐ πολεμίους*, 813 „*σὲ γὰρ δὴ φύλακα*“, 919 „*γὰρ δὴ ποταμίους*“; Andr. 262 „*δὴ θάνατον*“, 264 „*ἔχω σου δέλεαρ*“, 333 „*δὴ διαπεράνωμεν*“, 334 „*τῇ σῇ θυγατρί*“, 1247 „*λελειμμένον δή· βασιλέα*“. Quibus exemplis collatis quo jure quod supra diximus contendi possit, apparet. Neque id hercle negabis, si ceterarum fabularum locos respexeris. Cfr. Hec. 13, 394, 804, 1132, 1138, 1176, 1277; Suppl. 147, 263, 267, 312, 315, 477, 762, 1037, 1190; El. 276, 343, 599, 667, 677, 752, 833, 885, 921, 926, 947, 1086, 1127; Herc. fur. 95, 172, 620, 1133, 1147, 1153, 1231, 1258, 1263; Troad. 628, 688, 698, 722, 937, 953, 996, 1123, 1144, 1167, 1169; Iph. T. 19, 34, 40, 69, 241, 246, 280, 670, 693, 780, 921, 1054, 1359, 1399; Ion. 267, 313, 412, 618, 623, 653, 814, 846, 945, 971, 1320, 1334, 1399, 1481, 1553, 1592; Hel. 111, 270, 319, 792, 828, 874, 1035, 1062, 1198, 1242, 1247, 1277, 1299, 1388, 1419, 1429, 1530, 1545, 1592, 1613; Phoen. 498, 854, 1451 [1]), 1702; Iph. A. 96, 638, 672, 688, 804, 837, 950, 973, 978, 1116, 1405, 1438; Cycl. 164, 198, 546, 583; Bacch. 188, 455, 501, 510, 927, 1145, 1222, 1266; Or. 27, 53, 234, 520, 642, 654, 724, 889, 1031, 1099, 1143, 1160, 1208, 1242, 1578, 1609, 1659. Accedunt denique ex fragmentis versus: frgm. 16, 3; 220, 2; 235, 2; 257, 1; 352, 1; 375, 1; 377, 1; 504, 6; 520, 1; 553, 1; 706, 1; 728, 1; 816, 7; 971, 2. — Atque ne quid temere neglexisse dicar, eadem solutionis forma obviam fit in varia

---

[1]) nisi forte censes vocabula „*δὲ βλέφαρα*“ efficere tribrachyn, id quod rarissime, si observationi nostrae fides habetur, apud poetas fit scenicos. Cfr. etiam Porson. ad Eur. Hec. 298; Herm., elem. doctr. m., lib. I, cp. X, 7.

Phoen. v. 915 lectione, quam in margine adscriptam habet liber *C* et schol. commemorat ad h. l. „*γράφεται καὶ οὕτως· τί φῄς; ἐμὸν παῖδ' ἕνεκα γῆς σφάξαι θέλεις*"; quam nisi quis majorem esse codicum meliorum auctoritatem censuerit, propter pedem ista ratione solutum respuendam vix quemquam dicturum esse persuasum habeo.

4. Etiam ea in re cernitur major Euripidis negligentia metri tractandi, quod saepissime arsin dactyli *ἰαμβοειδοῦς* expressit vocabulo bisyllabo. Quod nisi arctissimo cohaereat nexu cum iis, quae sequuntur, versum in duas partes dividi haudquaquam eleganter, neminem fore ut fugiat speramus. Atque illud quidem etiamsi plerisque sane locis Euripides observavit, haud tamen pauci occurrunt, quibus non satis caute et diligenter talem versus divisionem vitasse videtur dicendus. Accuratius putaverim tractatos esse numeros Hipp. 1048 „*ἀλλ' ἐκ πατρῴας φυγὰς ἀλητεύων χθονός*" [1]); Heracl. 327; Med. 31, 872; Alc. 311; Andr. 17, 158, 175, 227, 592, 649, 890; Hec. 45, 320, 398, 673, 1193, 1197, 1205; Suppl. 165, 270, 748, 752; El. 17, 366, 409, 487, 555, 684, 817, 837, 908, 980, 1026, 1268; Herc. fur. 82, 103 [2]), 180, 194, 340 (ex conjectura maxime probabili Nauckii), 475, 493, 708, 1131, 1356, 1361, 1391, 1417; Troad. 277, 433, 479, 769, 888, 916, 940, 1184, 1195, 1274; Iph. T. 25, 29, 32, 493, 680, 734, 822, 913, 915, 935, 974, 1159, 1352, 1358; Ion. 24, 304, 322, 576, 591, 748, 1004, 1011, 1337, 1342, 1603; Hel. 109, 114, 255, 268, 304, 589, 765, 796, 870, 946, 978, 1166, 1377, 1528; Phoen. 41, 64, 277, 384, 395, 414, 423, 545, 559, 562, 581, 881, 977, 993, 1069, 1110, 1120, 1310, 1399, 1400, 1419, 1608, 1645, 1671 [3]); Iph. A. 466, 506, 622, 650, 669, 680,

---

1) v. 1029 in censum non vocamus, quum jure nobis visus sit proscriptus a Valckenaerio.

2) nisi Nauckio assentiendum est, versum utpote ineptum uncis includenti, praesertim quum apud Stob. (in Floril. 110, 7), qui v. 101–106 affert, omissus sit.

3) v. 1644, a Valckenaerio in suspicionem vocatus, frustra, opi-

716, 824, 941, 1166, 1168, 1172, 1184, 1194, 1253, 1456 [1]); Cycl. 211, 230, 235, 275, 290, 405, 557; Bacch. 8, 31, 245, 274, 319, 335, 365, 448, 480, 702, 733, 765, 779, 833, 938, 944, 1071, 1093, 1132, 1142, 1279, 1345, 1347, 1358 (ex conjectura verisimillima Musuri); Or. 35, 40, 44, 63, 133, 226, 245, 248, 313, 385, 426, 551, 562, 592, 609, 617, 643, 658, 675, 861, 892, 1027, 1182, 1228, 1238, 1579, 1587, 1623. Denique frgm. 59, 1; 123, 2 et 3; 148, 2; 230, 8; 259, 2; 275, 3; 278, 2; 287, 15; 362, 18; 424, 1; 429, 1; 502, 1; 519, 2; 544, 1; 555, 1; 609, 1 [2]); 773, 3; 781, 43; 872, 1; 880, 1; 1039, 8 et 9.

Contra Suppl. 1060 „*νικῶσα νίκην τίνα; μαθεῖν χρῄζω σέθεν*“, numeros parum elegantes habere quis est qui neget? Mihi quidem adaugere videtur solutio in illo senarii loco admissa insuavitatem diaeresis medium dissecantis versum. Quam etsi interdum, ut certus quidam animi motus atque affectus exprimeretur et depingeretur, de industria adhibitam esse a poetis concedendum videtur, maxime tamen caveas ne ubique scabros versuum numeros quacunque ratione excusare studeas et explicare. Nisi vero consentis cum Gruppio, qui in libro, quem inscripsit „Ariadne“ (pg. 782) in versu Iph. A. 1243 „*ὅμως δὲ σὺν δάκρυσιν ἱκέτης γίγνου πατρός*“ tantum abest ut in solutione tertii pedis offendat, ut quaerat, an non anapaestus quoque in quarta sede, quippe qui Iphigeniae vehementissimam animi commotionem depingat, ferri debeat. — Itaque ipse nescio an magis Euripidis negligentiae cuidam tribuendum esse censeam, si versus composuit, arsin solvens ante tertiam diae-

---

nor, defenditur a Firnhabero in libro, cui nomen est „die Verdächtigungen Euripideischer Verse“, pg. 121 sqq.

[1]) v. 508 quin ab interpolatore additus sit, non amplius dubitatur. Cfr. Boeckh. in libro de tragg. pg. 288.

[2]) secundum conjecturam Meinekii, quum quam Stobaeus hos versus afferens (Ecl. II, 7, 2, pg. 336) habet lectionem propter anapaestum in altera sede positum ferre nequeamus.

resin, quales El. 43, 545, 1094; Herc. fur. 49, 64, 464, 593, 708, 978, 1277; Troad. 466, 875, 1158, 1177, 1265; Iph. T. 370, 371, 481, 484, 566, 595, 1040, 1183, 1444; Ion. 813, 984, 995, 1028, 1030, 1348; Hel. 57, 100, 290, 401, 412, 449, 612, 1043, 1399, 1449, 1520; Phoen. 63, 431, 449, 836, 1616, 1650; Iph. A. 468, 660 (quem quidem suspectum habet Nauckius), 952, 1196; Cycl. 88, 99, 161, 343, 695, 700; Bacch. 212, 289, 298, 353, 841, 1106; Or. 401, 479, 624, 1585, 1622.

5. Dactyli arsin efficiunt duo vocabula monosyllaba, thesis exprimitur fine ejus, quod antecedit. Qua solutionis forma prorsus vacant quinque, quas primo semper collocavimus loco, fabulae; Andr. duo ejus praebet exempla, v. 395 „*πάσχω· τί δέ με*“, et 902 „*πρὸς ἡμῶν, τὰ δὲ πρός*“, utrumque manifesto facile quod feratur propter arctum monosyllaborum nexum. Eodem modo Suppl. 234 „*ἀστοὺς, ὁ μέν*“; El. 561 „*φωτός· τί δέ*“; Herc. fur. 551 „*ἔρημοι, σὲ δέ*“, 965 „*πάσχεις; τίς ὁ τρόπος*“, 967 „*κλαίνεις; ὁ δέ νιν*“; Troad. 424 „*λάτρις· τί ποτ' ἔχουσι*“, 1232 „*ἕλκη τὰ μὲν*“; Iph. T. 751 „*εἴην· τί δὲ σύ*“, 1006 „*ποθεινὸς, τὰ δέ*“, 1023 „*δυναίμην, τὸ δέ*“, 1069 „*ἱκνοῦμαι σὲ δέ*“, 1310 „*εἴης· σὺ δέ*“; Ion. 613 „*ἄτεκνος τὰ σά*“, 960 „*τόλμης, ὁ δέ*“, 1007 „*δεσμοῖς· ὁ δέ*“, 1182 „*φιάλας· ὁ δέ*“; Hel. 22 „*ἐκλήθην· ἃ δέ*“, 52 „*πολλαὶ δι' ἔμ' ἐπί*“, 92 „*φύσας, τίν' ἄν*“ (quem versum in suspicionem vocat Nauckius), 157 „*σιγῶ· τί γάρ*“, 261 „*Ἥραν, τὰ δέ*“, 577 „*ὅμοιον, τὸ δέ*“, 590 „*ἡμᾶς, τὰ δέ*“, 609 „*Ἀχαιοί, δι' ἔμ' ἐπί*“, 958 „*εἴην, σὺ δέ*“, 1101 „*πατρῴᾳ· τί ποτ' ἄπληστος*“; Phoen. 377 „*δεδορκώς; τί δέ*“, 849 „*πάρεσμεν· τί με*“, 1623 „*φανοῦμαι· τὸ γάρ*“, 1684 „*γαμοίμην, σὺ δέ*“; Iph. A. 525 „*Ὀδυσσεὺς, ὅ τι*“, 1144 „*σιωπῶ· τὸ γάρ*“; Cycl. 434 „*ἀλύει· σὺ δέ*“, 529 „*ἀσκόν· τὸ δέ*“; Bacch. 192 „*ὁμοίως ἂν ὁ θεός*“, 214 „*ἐπτόηται· τί ποτ' ἐρεῖ*“, 1240 „*κρεμασθῇ· σὺ δέ*“; Or. 20 „*Ἑλένην, ὁ δέ*“, 570 „*ἐχούσαις ὅ τι τύχοι*“, 581 „*ἐπήγουν, τί μ' ἄν*“, 672 „*ἥκω· τί δέ*“, 1028 „*τλήμων· τὰ δέ*“, 1048 „*χειρῶν· τί γάρ*“, 1301 „*θνήσκω· σὶ δέ.* Deni-

que reperitur eadem solutionis forma expers offensionis frgm. 278, 1 „ἐσμὲν· τὰ δέ“ et 1024, 1 „ἀτὰρ σιωπᾶν τά γε δίκαι᾽ οὐ χρή ποτε“.

Abs quibus omnibus exemplis quantum discrepent Hel. 1236 „νεῖκος τὸ σόν, ἴτω δέ“ et Or. 549 „ἡμῖν τὸ σόν, ὅ μ᾽ἐκπλήσσει“, quippe in quibus monosyllaba arcte pertineant ad vocabula antecedentia ideoque inelegantem efficiant versus incisionem, non operae est pretium accuratius exponere. Nullo tamen pacto hac sola de causa hi loci, utpote ex Hel. et Or. petiti, corrigendi videntur.

6. Eadem vocabulorum, quae solutionem efficiant, arcta conjunctione esse opus existimo, si prior dactyli brevis conformetur vocabulo monosyllabo, altera initio sequentis, longa antecedentis fine. — Tali solutione ne sex quidem illas fabulas abstinuisse ostendunt loci Heracl. 254 „δίκαιον τὸν ἱκέτην“; Alc. 802 „οὐ βίος ἀληθῶς ὁ βίος“; Andr. 70 „πέπυσται τὸν ἐμόν“ et 184 „θνητοῖς τὸ νέον“. Eodem modo solutus est tertius pes Hec. 345, 977, 1022; Suppl. 390, 550; El. 353, 526; Herc. fur. 106, 548, 838, 973, 1238; Troad. 362, 690, 1168; Iph. T. 802, 1416; Ion. 643, 952; Hel. 291 (si probaverimus Porsoni ad h. v. conjecturam, a plerisque receptam recentiori tempore editoribus, „ἐλθόνθ᾽ ἃ φανέρ᾽ ἂν μόνοις ἂν ἦν“; magis tamen nescio an placeat, quod Cobeto in mentem venisse dicit Badhamius ad h. l. „ἁμφανῆ μόνοις ἂν ἦν“, qua emendatione vitatur particula ἄν brevi intervallo repetita; codd. „ἃ φανερὰ μόνοις ἂν ἦν“, contra metrum), 826, 1598; Phoen. 390, 405, 408, 425, 452, 487, 534, 544, 889, 1215, 1655; Iph. A. 488, 624, 815, 843, 1016, 1441; Cycl. 319, 627; Bacch. 203, 206, 272, 645, 675, 807, 816, 844, 1268, 1272, 1280, 1322; Or. 390, 568, 597, 640, 1038, 1126, 1344, 1617 [1]); denique in frgm. 154, 1; 168, 1; 530, 2; 557, 2; 587, 2; 773, 2; 1022, 1.

---

[1]) in v. 394 libri invito metro exhibent „δαίμων δ᾽ εἰς ἐμὲ

7. Nec desunt apud Euripidem, ut apud Aeschylum et Sophoclem, exempla tertii pedis ita soluti, ut dactyli longa expressa sit vocabulo monosyllabo, duae breves bisyllabo. Qua in solutione cur plerumque positum sit vocabulum monosyllabum arctissime cohaerens cum antecedente, facile est perspectu. Sic Andr. 47 „*παῖς μοι μόνος*“, 416 „*τῷ σῷ διά*“, 698 „*πλέον δρῶν ἑνός*“; cfr. Hec. 1152; Suppl. 149; El. 533, 681, 940, 1045, 1048, 1063, 1084, 1273; Herc. fur. 63, 321, 1000, 1129, 1244, 1378; Troad. 375, 778, 868; Iph. T. 587, 1065, 1088, 1165, 1179, 1458; Ion. 654, 742, 828 (quem, ut in codicibus legitur, optimo quidem jure judicat Kirchhoffius versum corruptissimum; cfr. Badh. ad h. l.), 963, 1347; Hel. 1027, 1028, 1168, 1265, 1406; Phoen. 846, 1593, 1641, 1659; Iph. A. 410, 411, 747, 1226, 1418, 1423, 1450; Cycl. 6, 84, 147, 439; Bacch. 793, 918; Or. 99, 434, 439, 1141; postremo frgm. 49, 1; 277, 4; 757, 8; 818, 2.

8. Quibus locis Euripides admisit in tertia sede dactylum duobus vocabulis monosyllabis initioque sequentis conformatum, id plerumque videtur observasse, ut quod longam exprimeret vocabulum arctius conjungeret cum antecedente, priorem brevem cum eo, quod sequitur. Nec tamen hujusmodi solutio invenitur nisi in fabulis recentioris, ut videtur, aetatis. Sic Ion. 839 „*ἁπλοῦν ἂν ἦν γὰρ τὸ κακόν*“, 1189 „*ὡς παῖς ὁ νέος*“; Hel. 293 „*ἔτι ζῶ; τίν' ὑπολείπομαι*“; Phoen. 509 „*ἀνανδρία γὰρ τὸ πλέον*“; Iph. A. 472 „*σὸν γὰρ τὸ κράτος*“, 1104 „*Ἀγαμέμνονος τοῦδ', ὃς ἐπί*“, 1237 „*πόθεν ἦλθ' ἐπ' ὀλέθρῳ*“; Cycl. 277 „*Ἰθακήσιοι μὲν τὸ γένος*“; Or. 397 „*σοφόν τοι τὸ σαφές*“, 486 „*Ἑλληνικόν τοι τὸν δμόθεν*“, 491 „*ἀγὼν ἄν τι σοφίας*“ [1]), 632,

---

πλούσιος“, quod utrum in „*δ' εἰς μέ*“, an in „*δ' ἐς ἐμέ*“, ut in editione Barnesiana factum, sit mutandum ipse dijudicare non ausim, quum quas secutos esse regulas in hac re poetas scenicos asseverat Menge („de praepositionum usu apud Aeschylum“, pg. 59 sqq.), non satis eas habeam stabilitas exemplis atque comprobatas.

[1]) ut in Nauckii legitur editione; codd. perverse „*πρὸς τόνδ' ἀγών τις σοφίας ἥκει περί*“, unde Porsonus correxit verbis transpo-

1146, 1589. Denique frgm. 537, 1 „*τερπνὸν τὸ φῶς μοι τόδ' ὑπό*“; nisi praetuleris Nauckii emendationem „*τὸ φῶς τόδ' ὁ δ' ὑπό*“, quam non infitior mihi videri habere, quo arrideat.

9. Postremo loco pauci commemorandi mihi sunt loci, quibus in tertia sede dactylum tribus ex vocabulis monosyllabis composuerit Euripides; cujus solutionis exemplis ne Sophoclis quidem vacare fabulas supra vidimus. Alterum vocabulum et tertium arctissimo inter sese debere cohaerere nexu, ut unius fere instar sint posita, primo magis ad antecedentia pertinente, vix est quod moneam. El. 1146 „*δώσω χάριν σοι, σὺ δέ*“; Iph. T. 533 „*ὦ πότνι', ὡς εὖ· τί γάρ*“; Hel. 844 „*λέκτρων ὑπὲρ σῶν· ὁ δέ*“, 923 „*τὰ δ' ὄντα καὶ μὴ, τὰ δέ*“; Iph. A. 989 „*θανοῦσ' ἐμὴ παῖς, ὅ σε*“; Bacch. 492 „*εἴφ' ὅ τι παθεῖν δεῖ· τί με*“; Or. 418 „*δουλεύομεν θεοῖς, ὅ τι*“; denique frgm. 35, 1 „*ἀεὶ τὸ μὲν ζῇ, τὸ δέ*“ et 538, 1 „*τὸ μὲν γὰρ ἐν φῷ, τὸ δέ*“.

Caput quartum.

§. 8.

Omnibus omnino dactylorum exemplis in senariis tragicorum enumeratis atque pertractatis, liceat nobis jam quae potissimum observasse nobis visi sumus paucis complecti.

1. Omnium, quotquot usurpantur a tragicis, solutionum frequentissime inveniuntur dactyli in tertia sede, atque ii quidem plerumque ita conformati, ut longam efficiat extrema vocabuli syllaba, breves initium ejus, quod sequitur. — Aeschylus enim, qui ca. 293 [1]) in septem fabula-

---

sitis „*πρὸς τόνδε σοφίας τίς ἂν ἀγὼν ἥκοι περί*“; magis fucans, opinor, loci vitium, quam sanans.

[1]) non computatis h. l. solutionibus nominum syllabis propriorum conformatis.

rum 4308 trimetris iambicis admisit solutiones, 137 praebet dactylorum in tertia sede exempla; apud Sophoclem, qui 446 pedes adhibuit solutos in 7568 senariis, dactyli inveniuntur in tertio eorum loco 185; Euripides denique, cujus in fabulis 3729 reperi solutiones, in 17825 senariis 1605 locis tertium pedem solvit in dactylum.

2. Multo rarius, neque fere nisi nominum propriorum formis coacti, poetae in metro tractando diligentiores et severiores primum senarii pedem, ne iambicus perturbaretur numerus, ausi sunt solvere in dactylum. Aeschyli Prom., Pers., Suppl. et Eumen. prorsus vacant ea solutione; semel in Sept., bis in Agam. et Choeph. invenimus in versus initio dactylos, quorum quidem qui leguntur in Agam., alter nominis proprii conformatur syllabis, alter ne potest quidem pro certo dici num revera profectus sit ab Aeschylo, quum haud injuria videatur vocatus in suspicionem [1]). — Sophocles deinde severitatem Aeschyleam in prioribus sex fabulis secutus, ter in Ai., bis in El., semel in Trach., Ant., O. C., bis in O. R. admisit in prima trimetri sede dactylos (quorum duo nominum syllabis propriorum efficiuntur); contra quae majore jam licentia composita videtur fabula, Phil. duodecim ejus modi suppeditat locos. — Euripides denique quam minime constans quantoque opere negligentior factus sit in metro tractando, etiam inde elucet, quod qui in sex fabulis illis, quas saepius jam severioris stili designavimus, octo tantum inveniuntur in versus initio dactyli [2]), eorum numerus in ceteris usque ad 55 procedit (in Iph. A. et Or.).

3. Alio, atque in primo et tertio trimetri loco dactylos ferri non posse supra (§. 1) breviter indicatum est et

---

1) cfr. §. 2, ann.

2) omnino carent hac solutione Hipp. (neque enim quidquam refert, undecies in primo trimetri loco nomen positum esse proprium „*Ἱππόλυτος*“), Heracl., Med.; semel legitur in Alc. (quo loco loquitur Hercules; cfr. quae supra diximus de hac re), semel in Rhes., sexies in Andr.

jam dudum intellectum ab hominibus doctis. Cfr. Morellus, „tractatus de Graecc. metris“ (ante Thesaur. Graec. poes.); Seidler, de verss. dochm. pg. 380; Porson, praef. ad Eur. Hec. VIII, XX, XXI (edit. III); Freese, „griechisch-römische Metrik“ pg. 180; Rossbach et Westph. III, pg. 188. — Qui secum reputaverit, in senario pro iambo poni licere spondeum non nisi „*κατὰ τὰς περιττὰς χώρας*“, facile cur in altera ac quarta trimetri sede dactylum omnino respuendum censuerint veteres tragici poetae, intelliget. Itaque in Soph. Phil. 1226 Laurentiani lectionem „*ἣν σοὶ πειθόμενος*“ utpote mendosam postponendam esse aliquot apographorum scripturae „*πιθόμενος*“ jamdudum perspexerunt homines docti. Neque aliter res se habet in duobus locis Euripideis. Med. 253, quem exhibet cod. Vatic. (B) „*σοὶ μὲν γὰρ πόλις ἥδ' ἐστί*“, recentiores correcti praebent „*σοὶ μὲν πόλις θ' ἥδ' ἐστί*“ [1]). Dein Or. 20 legitur in codicibus optimae notae: „*Μενέλεως Ἑλένην*“, neque tamen quin recentiorum paucorum scriptura „*Μενέλαος Ἑλένην*“ unice sit pro vera habenda, dubitari potest.

Cur vero in quinta senarii sede maxime vitaverint tragici dactylos, quod supra ipse equidem indicavi, accuratissime exposuit Hermannus (praef. ad Eur. Hec. XXXXII et XXXXIII), cujus verba, quippe quibus prorsus assentiar, hic referre placet. „Nam quum plerique versus trimetri arsin quarti pedis solutam habentes vocabulo quadrisyllabo finiantur, prima syllaba quinti pedis, si is pes dactylus esset, in fine vocabuli futura esset. Atqui vocabulum longa syllaba finiens isto quidem in loco evitatur, cujus rei argumenta exposuimus ad Hec. 341. Quare quid mirum si in tanta paucitate trimetrorum quintam arsin solutam habentium nullus reperitur, in quo dactylus istam sedem habeat? — — Cur autem hoc in loco pedes isti improbantur, non item in sede tertia? Nimirum properante ad finem

---

[1]) nisi praeferendum censueris „*σοὶ μὲν πόλις γὰρ ἐστί*“, omisso pronomine satis, ni fallor, supervacaneo.

numero solutio longae syllabae hoc magis in tragico versu displiceat necesse est, quo aegrius exhaustis jam pulmonibus in fine versuum celeritas et vis numeri augetur. Eadem in omni genere versuum causa est, qua re in fine multo minor sit, quam in principio, permutationis longarum et brevium syllabarum libertas.“ — —

Quae quum ita sint, quin quod legitur Iph. A. 1623 „*τόνδε μόσχον νεαγενῆ*“, nisi synizesi syllabas *νεα*— quasi in unam coalescere sumamus [1]), non ab Euripide profectum sit, dubitationi haud obnoxium. Atque vix, si quid video, pretium operae fecit Porsonus, versus vitium illud tollens emendatione „*εὐγενῆ*“, quum interpolatum esse totum Iphig. Aul. finem jam dudum constet inter homines doctos criticae peritos.

Denique rectissime conjecisse persuasum habeo Nauckium in frgm. 967, vulgo ita scripto „*ἡ γὰρ σιωπὴ τοῖς σοφοῖς ἐστ᾽ ἀπόκρισις*“, quum illud „*ἐστ᾽*“ absit in Menandr. Monost. 222, quo loco et ipso hunc versum habemus, „*τοῖς σοφοῖσιν ἀπόκρισις*“. Qua recepta emendatione facillima omnia omnino, si recte observavi, e tragicorum trimetris remota sunt exempla dactylorum in quinta sede admissorum.

---

[1]) cfr. Wunder., adverss. in Soph Phil. pg. 37.

LIBRARY OF CONGRESS
0 003 049 627 9